I. 31. 31.

Diſſertatio Inauguralis

De

FIDEICOMMISSIS FAMILIÆ CONSERVANDAE CAVSA relictis,

Von StammGütern/

QUAM,

S. S. AUXILIANTE TRIADE,

Decreto & Auctoritate

NOBILIS ET AMPLISSIMI ICTORUM COLLEGII IN CELEBERRIMA Academia Argentoratenſi,

PRO CONSEQVENDIS IN VTROQVE IVRE ſummis honoribus, ac privilegiis DOCTORALIBUS,

Publicæ ac ſolemni cenſuræ ſubmittit

PHILIPPUS Knipſchildt/

Medebachio-Weſtph.

Ad diem 4. Novembr.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVI.

PRINCIPIUM DEUS SIT, MEDIUM ET FINIS,

Novel. 109. pr.

THESIS I.

Fideicommiſſorum (a) jura licet primis (b) temporibus eſſent infirma, (c) poſtea tamen ab Imper. Auguſto primùm ita ad juris neceſſitatem retracta, (d) à D. Claudio quaſi alta & educata, (e) à Nerone confirmata, (f) ac tandem ab Imper. Iuſtiniano reformata & interpolata ſunt, (g) ut quis ſub hoc diſponendi modo familiæ & poſteritati ſuæ bona ſua tutiſſimè relinquere valeat. (h) Quæ ita relicta fideicommiſſa familiæ dici poſſunt (i). *ORIGO & nominis definitio.*

(a) Fideicommiſſi vocabulum aliquando ipſam diſpoſitionem, qua quid relinquitur, ut in §. *& Neronis.* 4. §. 5. *I de fideic. hæred. rubr. pr. &* § 1 *& ſeq. I. de ſing. reb. per fideic. l. ſi res.* 57. *l. domus.* 58. *ff. de legat.* 1. aliquando verò ipſam rem, quæ per ejusmodi diſpoſitionem relinquitur, denotat, ut in §. *& quia prima.* 12. *verſ. nuper. I de fideic hær. l* 2. *ff. de legat.* 1. *l nutu.* 21. *ff. de legat.* 3 prout per hos textus docet nobilis & de jure noſtro optimè meritus JCtus Henr. Bocerus, affinis & patronus meus honorandus, *claſſ.* 3. *diſp.* 7. *th.* 1. *lit. a.* (b) Fideicommiſſorum uſum Romæ, non quidem certa lege, ſed moribus jam ante tempora Ciceronis inoleviſſe, *ex Cicer. lib.* 2. *de finib. & Valer Max. lib.* 4. *c.* 2 *in fin.* colligit, *D. Harprecht ad* §. 1. *n.* 1. *I. de fideic. hær.* (c) §. *ſciendum.* 1 *I. de fideic. hær.* ſiquidem olim hæc res tota nudo pudori & fidei ejus, qui rogatus erat alteri aliquid reſtituere, committebatur, adeò ut nulla præſtandi neceſſitas, jurisve vinculum ei eſſet injunctum, quo invitus cogeretur præſtare id, de quo eſſet rogatus. *d.* § 1. cum preces non adferant neceſſitatem, *arg. l. fideicommiſſa* 11. §. 2. *ff de legat.* 3. *Weſenb. ad d.* §. 1. *n.* 2. niſi ſint Tyrannorum, vel aliorum potentiorum Dominorum, quorum verba rogativa habent vim mandati &

 imperii,

imperii, *gloſſ. in l. 1. ff. quod juſſ. Sichard. in l. age. 3. n. 7. C. de transact.* & plerumque ſunt talia: Wir bitten euch / ihr müſſet das thun. (d) Cum enim à fide & pudore alienum non præſtare id, de quo quis rogatus eſſet, ideoque D. Auguſtus primus liberum hoc reſtituendi arbitrium propter inſignem quorundam perfidiam immutavit, ad juris neceſſitatem retraxit, *d. § 1. & §. 12. I. de fideic. hær.* & ipſe hæres à Lucio Lentulo ſcriptus primus fideicommiſſa præſtitit, *princ. I. de codicill.* (e) Neceſſitate juris impoſitâ paulatim poſtea hæc res converſa eſt in aſſiduam jurisdictionem, tantusque fideicommiſſorum favor factus, ut D. Claudius duos Prætores crearet, qui tantùm de fideicommiſſis jus dicerent, ex quibus D. Titius Imp. unum detraxit, & alter remanſit qui prætor fideicommiſſarius dictus. *l. 2. §. capta. 32. in fin. ff. de Orig. jur. d. §. 1. I. de fideic. hær. l. quæſitum 78. § cum vir 6. ff. de legat. 3.* (f) Siquidem Neronis temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca conſulibus, cum aſſiduus & frequens fideicommiſſorum uſus magis magisque invaleſceret, SCtum de hæreditariis actionibus transferendis factum eſt, quod etiam à Trebell. Max. Trebellianum fuit dictum. *§. & Neronis. 4. I. de fideic. hær. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Treb.* (g) Nam cum ex SCto Pegaſiano inutiles & ſcrupuloſæ deſcenderent ſtipulationes, Imper. Juſtiniano, exploſo SCto Pegaſiano, omnem ejus authoritatem & vim SCto Trebelliano præſtare, ut ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur, placuit, *§ ſed quia. 7. I. de fid. hær.* & alia multa ſalubriter & novè de fideicommiſſorum materia introduxit, ut apparet ex *Nov. 108 cap. 1. & 2. & paſſim.* (h) Cum enim fideicommiſſorum jura tot Impp. vigiliis & conſtitutionibus munita & confirmata ſint, vix ullus commodior firmiorque diſponendi modus iis dari poterit, quo quis agnationi & familiæ ſuæ in infinitum conſulere, bonaq; ſua perpetua efficere valeat, nihil etiam teſtantes carius vel magis in votis habere poſſunt, quàm memoriæ immortalitatem, familiarum ſplendorem, generis propagationem, bonorumq; conſervationem. Cum autem per modum quoque contractus hujusmodi bona conſtitui poſſint, *th. 13. lit. d.* quæri poteſt, an melius & utilius ſit per modum contractus, an verò ultimæ voluntatis ea conſtituere? Et pro ultimis voluntatibus militat, quod teſtantium diſpoſitiones ſint firmiores, cum legis

gis vim habeant. *Nov 22.c.2. ibi: & ſ.t lex ejus volun tas.* & longè favorabi iores,in iisq; interpretatio plenior & benignior adhibenda. *l in teſtamentis 12. ff de R.I.* quàm in contractibus. *c cum dilecti.6.extr. de donat. Pet. Ant. de Petra tract. de fideicommiſſ. q 4. n. 1 & ſeqq.* Unde etiam alienatio contra teſtatoris prohibitionem facta nulla & irrita eſt, *l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. Lucius 88. §. inſtituto. 15. ff de legat. 2.* (i) Ideo, quod fidei poſſeſſoris alteri de familia reſtituenda demandantur. Germanis dicuntur Stam̃-Güter/ ſo zu erhaltung eines Fürſtlichen/ Gräfflichen/ Adelichen Stammens vnd Namens verordnet ſeind. Et differunt à bonis avitis ſeu hæreditariis, quæ majorum noſtrorum fuerunt, de quibus *l. ſi in emptionem. 35. ff. de minorib.* & à progenitoribus noſtris ad nos pervenerunt, quæ etiam dicuntur StammGüter/ ſo nicht ſelbſt erworben/ ſondern ererbete Güter ſein/ *Wehner. pract.obſ lit S. verb.* StammLehen/ ſicut feuda antiqua, ſive paterna Germanis vocantur Altvätterlich/ Vhraltvätterlich oder Stam̃lehen/ *Gail 2. obſ. 49. n. 1.* Et talia bona à majoribus ad nos devoluta, Stamm-Güter/ jure Saxon. ſine conſenſu hæredum non vendi, ex *Köppen deciſ. 24. n. 1.* teſtatur *Wehner. d verb.* Stammlehen. Fideicommiſſa hæc ſi conſtituantur vel conſiſtant in ædibus, dicuntur StammHäuſſer/ & differunt ab ædibus iſtis ſeu arcibus, unde nobi is aliqua familia originem & nomen ducit, quarum in Germania multæ deprehenduntur, & ab antiqua nobilitate in magno fuerunt habitæ pretio, hodie verò *maximam* in partem vel ruinoſæ, vel in totum collapſæ, ita ut earum vix veſtigia vel rudera appareant. Sic etiamnum hodie Principes & nobiles à metropoli ſua, vel ab ædibus, & arcibus, quas inhabitant, vel extruxere, nonnunquam etiam à pagis cognomina & titulos aſſumunt, ut in Sileſiæ Principibus videre licet, qui in 14. Ducatus dividuntur, quorum ſingulis nomen à metropoli ſua datum fuit, *vide Paurmeiſt. de juriſd. lib. 2. c. 9. n. 9. Daniel. Otto. de jure Publ. c. 18. fol. 627. & ſeq.* Prout olim quoque ex re ruſtica multa nobilium familiarum cognomina ſunt profecta; Sic enim, *ut ex Plinio lib. 18 c. 3. Plut. in Publicola,* tradit *Tiraq. de nobilit. c 32 n. 10.* Fabij, Piſones, Lentuli, Cicerones, Bubulci, Bupecij, Juvenci, Portij, Scrofæ, Pilumni, Junij, Statitij, Tauri, Vituli, Vitellij, Suilli, Capriani, Ovini, Caprillij, Equini ſunt cognominati.

2. Familiæ appellatio refertur vel ad res, vel ad perſonas. (a) Ad res relata pro hæreditate & ſubſtantia bonorum accipitur. (b) Ad perſonas cum refertur interdum corpus ſignificat, quod aut jure proprio ipſorum, aut communi univerſæ cognationis, continetur. (c) Iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate, aut naturâ, aut jure ſubjectæ. (d) Iure communi familiam dicimus omnium agnatorum. (e)

(a) *l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. de V. S.* (b) *l fin. C. de V S. d. l 195. §. 1. & ſeq. l. 2. & t. t. ff. famil. erc. §. quædam. 20. I. de action.* Et hoc ſignificandi genere animalia quæque alia, quæ poſſidemus, continentur, *Gœdd. ad d. l 195 §. 1. n. 3. ff. de V S.* Et hinc rectè docuiſſe Heſiodum colligitur, familiam conſtare non ſolùm viro & conjuge, ſed etiam bove & aratore ſervo, Schönborn. *1. Polit.* 10. (c) *d. l. 195. §. 2* hoc eſt. corpus illud hominum vel eſt commune, vel proprium, Schönborn. *d c. 10.* (d) *d. l. 195. §. 2.* ita ut hac ſignificatione etiam ſervi contineantur. *d. l. 195. §. 3. l ædiles. 25. §. 2. l quod ſi. 31. §. 15. ff. de ædil. edict. l. 2. §. hæc actio. 14. ff. vi bon. rapt. l. 1. §. 16. ff. de vi & vi arm.* Quamvis enim hi propriè non habeant perſonam, *l. quod attinet. 32. l ſervitutum. 209. ff. de R I. l. 1. ff. de jur. delib* quia capite civili, qua perſona conſtat, carent, *l. 3. §. fin. ff. de cap. min.* unde & pecudibus æquiparantur. *l 2 §. 2. ff. ad L Aquil.* & ea familiæ appellatione includuntur, qua res ſignificat, *lit. b* ac rerum appellatione comprehenduntur, *§. 1. I. de reb. corp & incorp. l. 1. §. 1. ff. de diviſ. rer. l. ſi in rem. 6. ff. de rei vind* eorum tamen eſt familia. *l. deteſtatio. 40 §. fin. ff. de V. S.* & perſonæ appellantur. *§. 1. I. de jur. perſ. l. in perſonam. 22 ff. de R I.* non quidem propriè, ſed per privationem, & relatione ad jus humanum primævum, *l. 4. ff. de juſt. & jur. d. l. 32. ff. de R. I. Gœdd. d. l. 159. §. 1. n. 2.* Unde familia à ſerviendo originem traxiſſe dicitur, cum authore Nonio & Feſto Pompejo à voce Oſca *famul,* quæ ſervum ſignificat, deſcendat, unde & priſcis *famulitas* pro ſervitute uſurpata, *D. Beſold 1. Polit. c. 12 §. 2. n. 18.* (e) *d. l. 195. §. 2. verſ. communi jure. ff. de V. S.* atque ita familia communi jure univerſæ cognationis, definitur univerſa agnatorum gentiliúmque cognatio, quæ

eſt

eſt eorum, qui ex eodem patrefam. originem gentémque ſuam trahunt, etiamſi ſinguli propriam alant familiam, ſuique juris omnes exiſtant, vel adhuc in poteſtate ſint, *d. verſ. communi jure. & ibi Gædd. n.6.* Hoc loco, uti & communi uſu loquendi, teſte *Forſter. de ſucc. ab int. lib. 3. c. 23. n.* 11. familiæ appellatio continet agnatos, qui de eodem ſanguine procedunt, maſculos, idem cognomen eademque inſignia portantes, die eines Stammens vnnd Namens ſeind/ einerley Schildt vnd Helm haben/ atque ita fœminas excludit: Quando enim conſtat teſtatorem voluiſſe conſervare agnationem & familiam, tunc nomine familiæ non continentur fœminæ, *Menoch. 4. præſ. 88. n. 5. Mantic. de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 11. n. 8. & ibi alleg. Corn. Ruin. Pariſ. Goz. ad. Socin. Crav. &c.* cum fœminæ familiam non conſervent, *infra th. 10. lit. b.* Quin & apud Germanos vocabulum Stamm/ maſculos tantùm comprehendit, den Männlichen Stamm/ Schwerdmagen/ & fœminas, Spielmagen/ Weiblich Geſchlecht/ excludit, *Wehner. d. verb.* Stamm *Beſold 1. Polit. 12. n. 22.* Apud Principes & Comites familiæ dicuntur Häuſer/ ut domus ſive familia Auſtriaca, das Hauß Oeſterreich/ Bavarica, das Hauß Beyern/ *&c.* item domus, ſive familia Naſſovica, das Hauß Naſſaw/ *&c.* Sic enim domus vocabulum ponitur pro familia *in l. 1. C. ne lic. potent. & l. 1. ff. ad SC. Syllan. Hartm. pract. obſ. 8. tit. 53. n. 1. Wehner. d. l. verb.* Hauß vnd Geſchlecht. *confer Forſter. d. l. 3. c. 25. n. 20. & 22.* Apud Nobiles verò dicitur, Stamm/ ut der Stamm Rueſt/ Böckle/ Müllenheim/ *&c.* Apud Patritios, Geſchlecht/ & Patritij dicuntur Geſchlechter.

3. Varia autem in Imperio Romano (a) ſunt familiarum genera, ut Electorum, (b) Archiducum, (c) Ducum, (d) Principum, (e) Marchionum, (f) Comitum, (g) Baronum, (h) Nobilium, (i) Patritiorum. (k) Quæ poſtea in diverſas abeunt lineas. (l)

(a) Extra enim Imperium Romanum Regũ etiam aliqua apparet familia, ubi regnum eſt ſucceſſorium, ſecus verò ſi fuerit Electivum. Unde etiã in Imperio noſtro Romano nulla erit Imperatoria vel Regia familia, cum illud ſit electivũ, *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 1. & 2.*

& per.

& ·er tot Reinking. *de regim. ſecul & Eccl. lib.* 1. *claſſ* 3. *c* 2 *n.* 6. & *ſeq.* atque ita in filios vel proximos agnatos non transferatur. Et ſic licet ex his natos ex Imperatoria vel Regia familia ..andos dicere poſſimus, hi tamen non conſtituunt vel conſervant Imperatoriam vel regiam illam familiam & dignitatem, ſed illam duntaxat, unde Imperator vel rex fuit ortus. (b) Seculares, qui in filios & proximos agnatos dignitatem illam Electoralem transferunt, *A.B. tit.* 7. (c) Poſt Electores inter Principes ſeculares principem locum obtinent Archiduces, Ertzhertzogen/ qui dignitatem & familiam cæteris uſurpant maiorem & illuſtriorem, unde etiam ſic dicuntur, *Vultej.* 1. *feud* 4. *n.* 14. *v propriè.* Quorum nomen & familia tantùm in Germania viget, *Chaſſan de glor mund p.* 5. *conſid.* 44 *v. audiri alios.* neq; ulli alij, quā Auſtriacæ familiæ tribuitur, nec antea alij tributū fuiſſe, teſtatur *D. D. Ioach Cluten. affi. ..s & fautor meus ſummus, in Syllog. rer. quot d. th.* 25 *confer Paurmeiſt. de jurisd li.* 2 *c.* 9. *n.* 3. Sunt etiā Magni Duces, Großhertzogen/ qualem dignitatem in Italia Coſmus Medices Florentiæ Dux à Pio V. cum habitu, inſignibus, corona regis & titulo Sereniſſimi obtinuit: *Don Garſ. Maſtrill. de magiſtrat. c.* 4. *n.* 19. Et talis Magnus Dux Muſcoviæ, Lituaniæ, Magnus Cham, & alij, qui ob virtutem & ditionum amplitudinem titulum Magni ſunt conſecuti, *Matth Steph. de jurisd lib.* 2. *p.* 1 *c.* 6. *n* 82. *Rulant de commiſ. p.* 2. *lib* 5. *c* 4. *n.* 22. *Dan. Otto de jur. publ. c* 18. *fol.* 625. Tales autem in Germania non habentur, Reinking. *d. lib* 1. *claſ* 4. *c.* 11. (d) à ducendo exercitu ita dictorum, vel quod domini ſint belli, Germanicè Hertzogen/ à vocabulo Heer/ quod eſt exercitus, & ziehen/ quod eſt ducere, quaſi ein Herr des Zugs/ *Vultej.* 1 *feud.* 4 *n.* 14. propriè enim dux eum ſignificat, qui eſt ſtrenuus & rei militaris peritus, aciem inſtruit, caſtra metatur & exercitū ducit, *Bodin. de Rep* 3. *c.* 2. *in fin. fol.* 423. Hodie dicitur Feldherr/ Feldobriſter/ General. Unde etiam nomina Ducum, Marchionum & Comitum olim dignitatis, muneris & adminiſtrationis erant, & temporalia, hodiè verò patrimonij ſunt & dignitates perpetuæ *D. Cluten. d. l. th.* 26. *lit. a.* perpetuasq; conſtituunt familias, & is propriè Dux dicitur, qui de Ducatu à principe ſupremo inveſtitus, ſeu cui Princeps in beneficium regionem, quæ ducatus nomen habet, conceſſit. *c. un. quis dic. dux.* 2. *feud.* 10. *pr.* Reinking. *d. cl.* 4. *c.* 12. *n.* 3. (e) Hoc nomen propriè ſoli

ſoli Imperatori competit, eáque appellatione in legibus Romanis denotatur. *l. princeps. 31. ff. de legib. l. 1. ff. de conſt. princ. §. ſed &. 6. l. de I. N. G. & C. 2. feud. 10.* Uſu tamen eò deventum eſt, ut Duces, Marchiones, Archiepiſcopi, Epiſcopi & ſimilem majorem regalem dignitatem habentes, generaliter Principes vocentur, prout fit à Friderico I. *2. feud. 55. pr. & Carol. IV. in A. B paßim.* eademque appellatione etiam Comites & Barones comprehendi aſſerit Reinking. *d. claß. 4. c. 8 n. 3. & ibi alleg.* In ſpecie tamen alius titulo Electoris, alius Ducis, alius Marchionis, &c. inſignitur. Et omnis Elector, Dux, Marchio, Landgravius, princeps eſt; ſed non viceverſa omnis princeps eſt Elector, Dux, &c. *D. Cluten. d. th. 26. lit. C.* Hinc etiam Principis nomen quibusdam in ſpecie tribuitur, qui neq; Ducis, neq; Marchionis vel alterius ſpecialis dignitatis regalis nomen habent, ſed ſimpliciter Principes nuncupantur, ut ſunt Principes Anhaltini, die Fürſten von Anhalt/ qui neq; Duces, neq; Marchiones ſunt, *D. Cluten. d. lit. C.* Reink. *d. c. 8. n. 6.* Principum in genere in Imperio Romano variæ ſunt familiæ, & vulgo recenſentur, XVIII. ut *1.* Auſtriaca, *2.* Bavarica, *3.* Saxonica, *4.* Brandeburgenſis, *5.* Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, *6.* Juliacenſis, *7.* Pomerana, *8.* Mechelburgica, *9.* Würtembergica, *10* Haſsiaca, *11.* Lauenburgenſis, *12.* Holſatica, *13.* Leuchtenbergenſis, *14.* Badenſis, *15.* Anhaltina, *16.* Sabauda, *17.* Lotharingica, 18 Arinbergica. *Coler. de jur. Imp. ſect. 60. Wehner. pract. obſ. verb.* Reichsſtand/ *fol. 616. & ſeq. Paurm. d. lib. 2. c. 1. n. 17. fol. 417.* Quibus addi poſſunt Principes ab Auguſtiſſimo Imp. noſtro Ferdinando II. nuper ad hanc dignitatem evecti. (f) Marchiones ex eo dicti ſunt, quod finibus Imperij Romani tuendis præfecti eſſent. *vide D. Cluten d. th. 26. lit. f.* & ita olim fuit nomen officij, & temporalis dignitas, hodiè verò eſt patrimonij & perpetua, certámque conſtituit familiam. Is enim hodie dicitur Marchio, qui de Marchia eſt inveſtitus à rege ſeu principe, *cap. un. quis dic. Dux. 2. feud. 10.* qualis eſt Marchia Brandeburgenſis; Badenſis, Marchia Styriæ, Moraviæ, & aliæ, *confer* Reinking. *d. lib. 1. claß. 4. cap. 13.* (g) Et hoc nomen olim fuit temporalis dignitatis & officij, *vide D. Cluten. dict. theſ. 26. lit. h.* Noſtris temporibus illi dicuntur Comites, qui à principe vel alio hoc jus habente, de Comi-

tatu ſunt inveſtiti. *2. feud.* 10. *& ibi Baro. vide* Reinking. *dict. claſſ. 4. cap.* 14. *num. 6.* propriámque & certam conſtituunt familiam, & plures ſunt, *confer* R A *in indice, verb.* von Graffen / *ubi longa ipſorum ſeries.* (h) De quibus *vide D. Cluten. d. theſ. 26. lit. i.* Reinking. *d. claſſ. 4. cap. 15.* Et horum varias eſſe familias colligere licet paſſim ex Receſſ. Imperij, *ubi confer indicem, verb.* von Herrn vnd Freyherrn. (i) Quorum nomen latè patere, & nobiles etiam illos dici, qui præter communem & vulgarem nobilitatem aliquid majus habent, ut ſunt Duces, Marchiones, Comites, Barones, ex *Tiraquell. Cæpol. Alb. Brun. Sylvan. Schrad.* notant *D. Cluten. d. theſ. 26. lit. K. Paurmeiſt. d. cap. 11. num. 12. D. Becht de ſecur. theſ. 224.* Sic enim Imperator dicitur nobiliſsimus, *l. quæris. 3. ff de natal. reſt.* & Marchio Miſnenſis nobilis, *in cap. conſtitutis. 46 extr. de teſtib.* uti & Comes Bolonenſ. *in cap. grandi. 2. de ſuppl negl. præl. in 6.* Speciali verò nomine, & hoc loco intelliguntur illi, qui ſunt infra Barones, quorum quidam Imperio immediatè parent & præ cæteris ſingulari prærogativa gaudent, dicuntúrque die Freye vom Adel / Freye Ritterſchafft / welche ohne mittel der Kayſerlichen Majeſtät vnd dem Reich vnterworffen: quidem Principibus & Ordinibus ſubjecti ſunt, inter quos variæ ſunt differentiæ, *vide D. Cluten. d. lit. K.* Et hi omnes infinitas conſtituunt familias, prout ipſi multi ſunt & infiniti. (k) Proximè ad nobiles accedunt hodierni Patritij, die Geſchlechter / de quorum origine & jure vide brevi proditurum tractatum *Iohan. Iac. Draconis. & Wolffgang.* Crauß in ſeinem Stamm vnnd Ankunfftbüchl in deß Hauſes Sachſen / cujus verba refert *D. Becht. de ſecurit. theſ. 225.* Atque horum etiam familiæ in Germania vigent plures & diverſæ, ac plebeis præferuntur. (l) Sic Archiducum Auſtriæ duæ factæ ſunt lineæ, una Ferdinandi, quæ propriè Auſtriaca; altera à Carolo V. deducta Burgundica appellatur, *Paurmeiſt dict. lib. 2 cap. 1. num. 17. Wehner. d. verb.* Reichsſtand, *fol 616. Coler, d. ſect 60.* Sic quoque Bavarica in duas diſtincta eſt lineas, quarum una communi nomine Bavarica, altera Palatina nuncupatur *Wehner. d. l. fol. 617. Paurmeiſt. d. num. 12. fol 417.* Quarum tertium eſt Electoralis, ChurPfaltz / Bipontina, Pfaltz Zweybrucken / & Veldentiana, Pfaltz Veldentz. Uti & Saxonica, cujus

lineæ

lineæ hodie ſunt Electoralis, Chur Sachſen/ Coburgica, Iſnacenſis, Aldenburgica, & Vinarienſis, *Coler. d. Sect. 60.* Idem quoque in comitibus & nobilibus manifeſtum eſt. Et hæ lineæ propriam conſtituunt familiam. *l. 195. §. 2. verſ. pater. ff. de V. S.*

~~4. Nominis~~ definitionem ſequitur nunc rei: Eſt autem fideicommiſſum familiæ donatio (a) quædam (b) ab inſtituente ea lege facta, ut bona proximioribus eodem gradu (c) vel ſeniori (d) in familia, ad ejus conſervationem (e) perpetuò (f) ac ordine ſucceſſivo (g) deferantur. *Definitio rei.*

(a) *arg. §. 1. I. de legat.* ſiquidem ex mera liberalitate, nullo jure cogente, proficiſcitur, ut donatio, *l. donari. 82. ff. de R. I. l. rem. 18. ff. de adim. legat.* (b) non pura ſc: & ſimplex, ſed certis legibus & modis circumſcripta & limitata, ut ex ſequentibus patet. (c) In fideicommiſſis familiæ ita obſervari, ut admittantur primùm qui ſunt nominati, & poſt omnes eos extinctos, hi, qui primo gradu ſunt procreati, patet ex *l. omnia. 32. § fin. l. peto 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2. l. pater filium. 54. ff. ad L. Falcid.* & aliás quoque communis ſuccedendi ordo efflagitat, ut proximus præferatur remotiori, *§. ſunt a. 1. in fin. & §. ſi plures. 5. I. de legit. agn. ſucc. l. 2. §. 2. ff. de ſuis & legit.* atque ita etiam hîc erit ſervandus. Sed de hac proximitate controvertitur, an ea reſpectu inſtituentis tale fideicommiſſum, an verò fideicommiſſarij, ſeu ultimi poſſeſſoris ſit intelligenda, ſi deſcendentes ultimi poſſeſſoris non adſint? Prius Affirm. per *l. omnia. 32. §. fin. ff. de legat. 2.* Quia in ſucceſſionibus ſine dubio ſpectatur proximitas ejus cui ſucceditur, & de cujus bonis agitur. *l. 2. per tot. ff. de ſuis & legitim.* in fideicommiſſo autem familiæ non ſucceditur ultimo poſſeſſori defuncto, *l unum ex familia. 67. §. 1. ff. de legat. 2.* nec de bonis gravati agitur, *l. cohæredi. 41. §. quod ſi. 3. ff. de Vulg. & pup. ſubſt.* ſed primi inſtitutoris, iniquiſſimum ergo foret illius proximiorem repellere. Et ita ſentiunt *Covarr. pract. quæſt. 38. Fachin. 4. cap. 85. Mantic. de conj. ult vol lib. 8. tit. 12. n. 30. Menoch. 4. præſ. 75 n. 17 confer Petr. Ant. de Petra, de fideic. q. 11. n. 2. & ſeqq. Forſter. de ſucc. ab int. lib. 3. c. 30. n. 16 & ſeqq.*

(d) confer *th. 13. lit. g.* (e) ideo enim hæc fideicommiſſa relinquuntur ut familia conſervetur nobilior, *th. 16. lit. a.* (f) *l. peto. 69. § fratre. 3. ibi: omnes fideic. petent, qui in familia fuerunt. l. qui ſolidum. 78. §. prædium. 3. ff de legat.* 2. ubi finita demum familia poteſtas in extraneum alienandi conceſſa eſt. Conceduntur enim ad familiæ conſervationem, quamdiu ergo familia durat, tamdiu quoq; durat fideicommiſſum, & ita perpetuum eſt. Ex quibus patet, quod fideicommiſſum familiæ etiam extendatur ultra quartum gradum: Cum enim eius natura ſit, ut ſit perpetuum, *d. ll.* non ad quartum gradum, ſed in infinitum eſt porrigendum, prout etiam familiæ nomen omnes deſcendentes complectitur in infinitum. *l. 195. §. 2. verſ jure proprio. & ſeq ff. de V. S.* Et contra teſtatoris voluntatem, quæ in fideicommiſsis ſola ſpectanda *l. pen. ff. de legat. 1.* & pro lege ſervanda eſt, *Novell. 22. c. 2. c. ultima. 4. cauſ. 13. q. 2.* foret, ad quartum gradum fideic. illud reſtringere, ſiquidem hic voluit ut familia per illud perpetuò conſervetur, quamdiu ergo familia durat, tamdiu quoque fideicommiſſum durare voluit, aliàs enim per illud perpetuò non conſervaretur, *vide Mantic. d. lib. 8. tit. 2. n. 21. & tit. 12 n. 37. & ibi alleg. Dec. Pariſ. Socin. Covarr. V. R. lib. 3. c. 5. n. 4.* Diſſ. per *Nov. 159. c. 1.* (g) *l. omnia. 32. §. fin. l. peto. 69. §. 3. ff. de legat. 2. Mantic d. t. 12. n. 11.*

Diviſio. 5. Definitionem excipit diviſio: Eſtque fideic. hoc 1. vel reale (a) vel perſonale; (b) 2. expreſſum (c) vel tacitum: (d) 3. abſolutum (e) vel conditionatum: (f) 4. proprium, (g) vel improprium: (h) 5 conventionale (i) vel ultima voluntate conſtitutum: (k) 6. revocabile, (l) vel irrevocabile. (m) Quæ tamen non tam ſunt diviſiones, quàm modi conſtituendi.

(a) Quod eſt, quando absq; certarum perſonarum commemoratione bona perpetuò in familia ad eius conſervationem permanere præcipiuntur, *ut in l. pater. 88 § 2. & ſeqq ff de legat. 3. vide Petr. d. l. q. 2. num. 2. & ſeqq.* (b) Quando verba & diſpoſitio inſtituentis ad certas & ſpeciatim nominatas perſonas, quas non egreditur, reſtricta eſt, *ut in l. filiusf. 114. §. cum pater. 15. ff de*

legat.

legat. 1. *l. qui ſolidum.* 78 § *prædium* 3. *ff. de legat.* 2. *l. pater.* 54 *ff. ad L. Falcid.* (c) Quando inſtituens expreſſis & diſpoſitivis verbis cauſaque adjecta de perſonis ad fideicommiſſum tale admittendis vel repellendis, quibusque alienatio prohibita vel permiſſa ſit, voluntatem ſuam declarat, *ut in l. peto.* 69. §. 3. *ff. de leg.* 2 *l.* 38. §. 2. *&* 3. *ff. de legat.* 3. (d) Quando quidem expreſſa diſponentis verba deficiunt, ſed tamen ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, vel aliis rationibus & conjecturis colligi poteſt, ipſius mentem fuiſſe, tale fideicom. inſtituere voluiſſe, de quibus *confer theſ.* 14. *lit b.* (e) Quando inſtituens per modum principalis diſpoſitionis & cauſæ expreſſionem bona ſua in familia & deſcendentibus maſculis perpetuò conſervari debere ordinat, *d. l.* 114. §. 14. *ff. de legat.* 1. *d l* 69. §. 3. *l. cum pater.* 77. §. *libertis.* 27. *ff. de legat.* 2. *Petra d. l. quæ.* 5. *n* 2. 12. *& ſeq.* (f) Conditionatum fideicom. dicitur, quando verbis enunciativis bona in familia permanere præcipiuntur, & prohibitio alienationis ad certas duntaxat perſonas & cauſas reſtricta eſt; *ut in l. pater.* 38 §. 3. *ff. de legat.* 2. *Petra d. quæ.* 5. *num.* 48. (g) Quod quale ſit patet *ex th.* 4. 15. *&* 16. (h) Quod eſt, quando contra naturam & ſubſtantiam quædam in eo immutantur, ita ut vel non omnes de familia admittantur, vel ordo ſucceſſivus non obſervetur, vel non in perpetuum, ſed ad certam tantùm generationem conſtituatur, vel in quo non una familia, ſed ex diverſis familiis plures perſonæ vocentur, *l. qui ſolidum* 78. §. 3 *ff. de legat.* 2 *l. pater.* 38. §. *fundum.* 3. *ff. de legat.* 3. (i) Quod aliquo actu inter vivos & per modum contractus conſtituitur, *confer th.* 13. *lit. c & d.* (k) Qualia ſunt omnia, quæ per quamcunque ultimam voluntatem conſtituuntur, *vide th* 13. *lit. a b.* (l) Quale eſt, quod ultima voluntate, quæ ambulatoria eſt uſque ad ſupremum vitæ exitum. *l* 4. *ff. de adim. legat.* vel per alios actus inter vivos, in vim tamen ſupremi judicii ita conſtituitur, ut ad mortem uſque revocari poſſit, *arg. l.* 11 *donationibus.* 12. *C. ad L. Falcid l. ſi filia.* 20 § *ſi pater.* 3. *ff. famil. erc.* (m) Quod actibus inter vivos per viam conventionis & contractus conſtituitur. In his enim legem appoſitam alter in præjudicium alterius, cui inde jus eſt quæſitum, mutare, vel à contractu perfecto recedere non poteſt. *l ſicut.* 5. *C. de obl. & act. l perfecta.* 4. *C. de donat. quæ ſub mod.*

Cauſa efficiens. 6. Cauſa efficiens fideicommiſſi familię eſt fideicommittentis ſeu inſtituentis voluntas, (a) & legum diſpoſitio hanc voluntatem approbans & confirmans. (b)

(a) per *l. omnia. 32 §. fin. l. unum 67. pr. l. peto. 69. §. 3. ff. de legat.* 2. quæ ſi ceſſet, ceſſat quoq; fideicommiſſi conſtitutio, *d. ll.* Et hæc voluntas eſt vel expreſſa, vel tacita, *th.* 14. (b) Juſta enim eſt hæc voluntas, & Reip. utilis, quippe quæ facit ad familiarum conſervationem, quas conſervari Reip. expedit, *th. 16 lit. a.* Juſtas autem diſponentium voluntates tam tacitas, quàm expreſſas ſemper leges firmant ac tuentur, ut paſſim in jure noſtro patet, & de hujusmodi voluntate plures extant leges hîc paſſim allegatæ.

7. Voluntatem hanc declarare & fideicomm. familię inſtituere poſſunt omnes, (a) qui teſtari, vel contrahere & donare poſſunt. (b) Et ſic quilibet paterfam. (c) tam ſuperiores ſæculares, ut Imperator, (d) Principes, Duces, Comites, Barones (e) & inferiores nobiles (f) ac ignobiles; (g) quam Eccleſiaſtici ſuperiores, ut Papa, (h) Cardinales, (i) Epiſcopi, (k) & alii inferiores Clerici. (l) Nec refert an ſint patresfam. an filiifam. (m) maſculi an fœminæ, (n) modò liberam bonorum adminiſtrationem habeant, qui enim hanc non habent, nec hęc fideicommiſſa conſtituere poſſunt. (o) Atque hinc quid de minoribus, pupillis, infantibus, prodigis, mente captis, furioſis & ſimilibus dicendum, facilè patet. (p)

(a) *arg l. mutus. 43. §. 1. ff. de procurat. l. 1. §. 1. ff. de teſtib.* (b) *arg. l. 2. ff. de legat. 1. l. 1. §. hoc autem. 5. ff. ad SC. Treb.* per hos enim modos conſtituuntur, *theſ.* 13. (c) qui liberam bonorum ſuorum habet adminiſtrationem, is enim de illis pro lubitu diſponere poteſt, *l. 21. C. mandat.* iisque legem quam vult dicere, tam teſtando, *Nov. 22. cap. 2. l. verbis. 120 ff de V. S.* quàm contrahendo, *l legem. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. conv. tam ſup. dot.* Hinc etiam poteſt quis bona ſua allodialia & libera ab alio in feudum recognoſcere

cognoſcere & feudalis efficere conditionis, kan ſeine eigenthumb-liche freye Güter einem andern zu Lehen aufftragen / vnnd zu Lehen machen / *Gail. 2. obſ. 158. n. 1. Vultei. 1. feud. 5. n. 19.* vel etiam illa ita alterare, ut fiant Ganerbica, *Kyllinger. de Ganerb. diſc. 15. n. 6. & ſeq.* (d) Quin Imperator in bonis ſuis patrimonialibus fideicommiſſa hujusmodi conſtituere poſſit, non eſt dubium, horum enim abſolutus eſt dominus, *l. fundi. 4. l. poſſeſſores. 12. & tt. C. de fund. patrim.* Sed an ſimiliter in bonis Imperii? N. Quia fideicommiſſi conſtitutio non ſolùm uſumfructum, cujus datio quoque eſt alienatio. *l. fin. C. de reb. alien. non al.* ſed etiam dominium in fideicommiſſarium transfert. *theſ. 17. lit. b* Imperatorem autem non poſſe bona Imperii abſque Electorum conſenſu alienare certum eſt, *ex c. intellecto. 33. X de jurej.* & Capitulatione Cæſarea, quam refert *Schleid. lib. 1. pag. 21. ibi: facultates Imperii ne diſtrahat, neque oppignoret, nec quovis alio modo deteriores faciat.* uti & Capitul. Auguſtiſſimi Imp. noſtri Ferdinandi. II. §. Zu dem vnd inſonderheit. *ibi:* Ohne wiſſen/ willen vnd zulaſſen gemelter Churfürſten ſampt-lich nichts hingeben / verſchreiben / verpfänden / verſetzen / noch in andere weg vereuſſern/ oder beſchweren / &c. Ita ut etiam ejus vigore teneatur recuperare & Imperio rurſus adjicere, quod inde ſuperioribus ſeculis divulſum & amiſſum eſt, etiamſi vel ipſe Imperator, vel ipſius familiæ quispiam id poſſideat. *d. §.* Zu dem *ibi:* Sondern vns auch auffs höchſte bearbeiten / vnd allen möglichen fleiß vnd ernſt fürwenden/ daßjenige ſo davon kommen &c. Zum forder-lichſten wider darzu bringen/ zueigenen/ auch dabey bleiben laſſen/ *& ibid. §. ſeq. confer Schleid. d. l.* vide plura in hanc ſententiam eleganter tradita à *D. Bocer. tract. de Regalib. cap. 4. num. 21. & ſeq.* Atque hæc adeò obtinent, ut nec in feudo Imperii majore per mortem vaſalli Imperio aperto tale fideicommiſſum conſtitui poſſe videatur, *per d. Capitul. §. & ibi:* Wann auch Lehen dem Reich vnd vns/ bey zeit vnſerer Regierung eröffnet vnd ledig heimfallen werden / ſo etwas merckliches ertragen / als Fürſtenthumb / Graff-ſchafften / Herrſchafften / Stätt vnd dergleichen / die ſöllen vnd wöllen wir ferners Niemandes verleihen / auch Niemandt einige *expectantz* oder Anwartung darauff geben / Sondern zu

vnter-

vnterhaltung deß Reichs vns vnd vnſ rn Nachkomm n der König vnd K yſer behalten / einziehen vnd incorporiren, &c. *confer Schleid d. l.* (e) In bonis ſuis propriis hæreditariis, quæ nulla certa lege obtinent, quin poſſint, quem velint ex liberis ad ſucceſſionem eligere, dubitatione vacare & in hiſtoriis exempla undique eſſe obvia, aſſerit *D Beſold. de reg ſucc. lib. 1. diſſ. 2. n 5.* Et eum, qui ex ſuo genere regnat, regno belli aut alioquin liberæ & plenæ nullisque legibus adſtrictæ poteſtatis jure acquiſito, legem ita teſtamento dare poſſe, ut in reliqua privata hæreditate, ait, *Nic. Betſ. de pact. famil. illuſtr. c. 10. fol. 658. & ſeq. Beſold. d. diſſ. 2. n. 3.* atque ita etiam in his fideicommiſſa familiæ conſtituere utique licebit, *arg l. 21. C. mand l. cum hæredes. 7. C qui teſt. fac.* Quod ſi verò regnum vel Principatus &c. certo jure ac lege deferatur, Princeps non poteſt domo & familia ſua prætaerita alium ſcribere hæredem, ſed irritum reputatur teſtamentum, quatenus in regno legitimo de ejus adminiſtratione diſpoſuerit, ita ut ipſo jure rupta ſit adoptio, legatum, fideicommiſſum, omnisque omnino defuncti ordinatio, quæ in fraudem legitimi ſucceſſoris tendit, *Beſold. d. diſſ. 2. n. 10. & ſeq. Tiraq. de primog. quæ. 21. Moli a in conſ Pariſ. § 13 gl. 3. n. 8. Dauth. in l. fin. n. 16 C. de pact. Betſ. d l. c. 8 fol 445. Maul. tr. de ult vol. lib 1. tit 2. n. 42.* cum commodum ſucceſſionis non beneficio defuncti, ſed ſanguinis, generis ac familiæ intuitu habeat, *Tiraq. de primog quæſt. 35. Beſold. d. n. 10.* Ideoque ipſi auferri non poterit, *l. eum qui. 3 ff. de interd & releg Maul d. n. 42.* Hinc jure divino prærogativa primogeniorum auferri non poteſt, *Deut. 21. verſ. 15.* adeò, ut ne quidem Imperator ex plenitudine poteſtatis, jus à lege primogenituræ nomine delatum præcidere poſſit, *Buxt. ad A B. concl 85. lit. b. Beſold. d. l. n. 11. & ſeq.* (f) Qui aliâs conſervandi nominis & familiæ ſunt ambitioſi, *D. Ioſ Nolden in tr. de ſtatu Nobil cap. 21. n. 55. & ibi alleg. Pacian. Dec.* (g) *arg. l 21. C. mand.* Unde etiam eſt, quod ignobiles, plebei ac ruſtici feudum concedere poſſint, *arg. 2. feud. 3 pr. verſ. novi Sonsb. de feud. part. 3 n. 15. Borch. de feud c. 5. n. 41. D. Bocer. de inveſtit. feud. c. 3. n. 112. Hunn. tr. feud. cap. 7. fol. 100.* Et aliâs quoque feuda ab inferiore dari poſſunt ſuperiori; ſic enim Imperator, quo nemo ſuperior, à quibusvis feudum accipere poteſt, *Sonsbec. de feud p. 7. n. 1. Schrad.*

de

de feud. p. 4 c. 3 n. 11. Et ita Carolus V. Imper. fuit vaſallus regis Galliæ ratione Flandriæ, Atrebatæ & Hennigavv, *vide Vultei. 1. feud. 4. n. 10. ubi plura exempla refert.* (h) De bonis patrimonialibus, *arg. l. 21. C. mand.* de Pontificatu autem, aliisque ad Pontificiam dignitatem pertinentibus, ſive, ut loquuntur, de patrimonio B. Petri, teſtari vel aliâs diſponere nequit, *Dauth. de teſtam. n. 254. Maul. d. l. tit. 2. n. 37.* (i) à cardine oſtiorum, hoc eſt, quod inſerviant Romanæ Eccleſiæ, quæ omnium aliarum Eccleſiarum eſt cardo. *c. ſacroſancto 2. diſt. 22.* ſic dicti, *confer lit. k.* (k) Cardinales & Epiſcopi de bonis patrimonialibus, ut ſunt hæreditates, legata, donationes & ſimilia, quæ ipſis aliunde, quàm intuitu officii vel Eccleſiæ obveniunt, hæredem quem volunt inſtituere, deq; iisdem liberè diſponere, & ſic etiam fideicommiſſa hujusmodi conſtituere poſſe, nec teneri ea Eccleſiæ relinquere, patet *ex c. epiſcopi. 19. c. 20. c. 21. cauſ. 12. quæſt. 1. c. 1. c. fixum. 4. cauſ. 12. quæſt. 5. Maul. de ult. vol. lib 1. tit. 2. n. 18. & ibi alleg. Covar. Clar. Dauth.* (l) de bonis hæreditariis, & aliis, quæ Eccleſiæ intuitu non ſunt adepti, *c. quia nos. 9. c. relatum. 12. X. de teſtamenti d. c. 19. 20. & 21. cauſ 12 quæſt. 1. c. 1 cauſ. 12 quæſt 5. l ſacroſanctæ. 34. auth. licentiam. & auth preſbyteros C. de S S. Eccleſ. Nov. 123. c. 19. Nov. 131. c. 13. vide Maul. de ult. vol. lib. 1. tit. 2. n. 11. & ibi alleg. Graſſ. Dauth.* Secus verò eſt de bonis occaſione Eccleſiæ acquiſitis, *c. 1. c. 7. c. 9. c. 12 X. de teſtam. d. Nov. 131. c. 13.* Monachi verò, qui monaſterium jam ſunt ingreſſi & profeſſionem fecerunt, de rebus ſuis diſponere nequeunt. *auth. ingreſſi. C. de S. S. Eccleſ Maul. d. tit. 2. n. 33. Rittershuſ in expoſ. novell. p. 1. c. 6. n. 53. confer th. 10. lit. c.* (m) Filiumfam. de bonis adventitiis, quæ pleno jure ad ipſum ſpectant, inter vivos, quo vult modo, atq; ita etiam fideicommiſſum hujusmodi cōſtituendo, diſponere poſſe negari non poteſt, propter *Nov. 117. c. 1. §. 1.* Sed an teſtamento id poſſit, controverſum eſt, ubi tamen affirmantibus ſubſcribo, *per l. fin. §. 5. verſ. filiis autem. C. de bon. quæ lib. cum colleg. Argent. lib. 28. tit. 1. th. 9 n. 3. Hunn. var. reſol. lib 2. tr. 5. q. 10.* Inhumanum enim foret, morientibus non permitti, quod vivis permiſſum eſt, *tit. I. de leg. Fuſ. Can. toll.* (n) Quamvis in fœminas non cadere conſiderationem conſervationis agnationis & familiæ *poſt Crav. & Socin. jun.* aſſerat *Menoch 4. præſ. 85. n. 7.* verius tamen eſt conjecturam perſpicuam non eſſe, ut muli-

er quæ teſtamentum fecit, non poſſit etiam videri ad agnationem reſpexiſſe, *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. t. 10. n. 7.* & non patres ſolùm, ſed & matres filios magis, quàm filias diligere, *ex Crott.* teſtatur *Phil. Matth. conſ. Marp. 24. n. 45. vol. 3.* Ac fœminas quoque familiæ ſuæ, unde ipſæ ſunt oriundæ, conſervandæ cõſiderationem habere, eoq; fine fideicommiſſa conſtituere & poſſe, & ſolere, experientia quotidiana ſatis docet, ſic enim nuper *An. 1582. die 27. Septembr.* nobilem fœminam *H. de R.* familiæ ſuæ *de R.* unde ipſa erat oriunda, ad ejus conſervationem, pingue quoddam fideicommiſsũ reliquiſſe memini. Cum enim teſtamenta facere. *l. à qua. 5. ff. qui teſtam. fac.* contrahere *l. quamvis. 8. §. 1. l ſi mulier. 11. l. bona fide. 27. ff. ad SC Vellei.* donare *l. vice. 20. C. de donat.* *l. velles. 6. C. de revoc. don.* deq; ſuis rebus liberè diſponere *arg. l. 21 C. mand.* cur non etiam huiusmodi fideicommiſſa conſtituere poterit? (o) Eſt enim fideicommiſſi datio quædam alienatio, *th. 16. lit. b.* qui autem bonorum ſuorum liberam adminiſtrationem non habent, hi alienare non poſſunt, atque ita nec huiuſmodi fideicommiſſa conſtituere, *arg. 2. F... pr. verſ. novi.* (p) De quibus latiùs agere huius non eſt loci, & alias ex materia contractuum, teſtamentorum & donationis, quid de his ſentiendum, ſatis conſtat.

8. Viſis perſonis fideicommiſſa familiæ inſtituentibus: videndum nunc de illis, qui eorum ſunt capaces, inq; iis ſuccedere poſſunt. Vbi pro regula tenendum, quod omnes, qui ex teſtamento, vel contractu capere poſſunt, quibusq; donari poteſt, iis quoque fideicommiſſa huiuſmodi relinqui, in iisq; ſuccedere poſſint, (a) modò aliud nihil obſtet. (b) Imprimis autem relinqui ſolent familiis nobilibus, (c) & patritiis, (d) nec refert an quis ſit paterf. an filiusfam. (e)

(a) Cum enim teſtamento, contractu & donatione hæc fideic. conſtituantur, conſequens eſt, ut qui ex illis cauſis acquirere poſſunt, hæc quoq; rectè acquirant, iisq; conſtitui poſſint; & qui ex illis cauſis non acquirunt, illi quoq; horum bonorum non ſint capaces. Qui quales ſint ex materia teſtamentorũ, contractuũ & donationis ſatis conſtat, neq; odioſè hic repeto. (b) ut ſi fortè ſit fœmina, monachus, *&c. de quibus th. 10.* (c) Quod nomen la-

tè

tè patet, ita ut etiam comprehendat Duces, Comites & Barones, *ſupra th. 3. lit. i.* quibus æquè, quàm nobilibus in ſpecie ita dictis, hæc fideicommiſſa conſtitui poſſe, non eſt dubium, horum enim omnium familiam conſervari æquè Reip. intereſt (d) Cum jure Juſtin. nobiliores civitatum, ut ſunt Patritii, in æſtimatione habeantur & prærogativis gaudeant *l. 3. C. de natur. liber. Nov 15 c. 1. auth. præſides. C. de Epiſc aud. Becht. de ſecurit. th. 225.* ideoq;, quo magis operam ſuam Reip. navare valeant, magisq; ſint conſpicui, illis talia fideicommiſſa conſtitui poſſe, non dubito. (e.) An autem in fideicomm. filiof. conſtituto pater uſumfructum habeat, dubio non caret? Affirmativæ tamen ſubſcribendum puto, per vulgatam juris theoricam, qua conſtitutum, ut pater in bonis filiif. adventitiis habeat uſumfructum. *l. cum oportet. 6. & t.t. C. de bon. quæ liber. l. fin. C. de uſufr. §. 1. verſ. quod autem. I. per quas perſ. cuiq. acq.* à qua regula nullibi hæc fideic. excipiuntur. Quod ſi tamen conſtet diſponentis voluntatem fuiſſe uſumfr. ad patrem ſpectare non debere, voluntas illa legitima & obſervanda erit. *auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. Nov. 117. c. 1. pr.*

9. Ex quibus etiam liquet, quinam in hæc fideicommiſſa ſuccedere poſſint, ut ſunt ſoli agnati, qui ſunt de familia. (a) Imprimis illi, quibus ſunt conſtituta, (b) & qui ex his primo gradu ſunt procreati, (c) etiam poſthumi (d) emancipati, (e) exhæredati (f) non ſolùm laici, ſed etiã Clerici, (g) equites ſacri, (h) & cœlibes. (i)

(a) Quia hi tantùm familiam conſervant, non etiam cognati, qui alienam & propriam conſtituunt. In dubio autem teſtator de propria familia, unde ipſe eſt oriundus, ſenſiſſe intelligitur, *Mantic. de conj. ult. vol. lib. 8. t. 12. n. 1.* quia nemo alienas ſucceſſiones propriis anteponere voluiſſe præſumitur. *l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicom.* (b) *l. omnia. 32. §. fin. ff. de legat. 2.* (c) *d l. 32. § fin.* Idque eodem modo, quo illi qui primo loco fuerunt inſtituti, ita ut ſucceſſio ab inteſtato in fideicommiſſis familiæ non videatur habere locum, *per l. peto. 69. §. 1. ff. de legat. 2.* ubi exter hæres, ad quem ab inteſtato bona illa aliâs perveniſſent, ea retinere nequit,

 cum

eum enim ex mente & voluntate diſponentis proficiſcatur, quod, & quomodo bona in familia permanere debeant, ſucceſſioni ab inteſtato omnis via præcluſa intelligitur. Modus enim ſuccedendi qualis fuit in ſucceſſoribus primis, talis etiam in reliquis ſequentibus perdurat; priores autem ex mente & voluntate teſtantis ſuccedunt. *d. l. 32. §. fin.* Adeoque cum hæc voluntas & cauſa teſtati ſit perpetua, inteſtati cauſa tamdiu ceſſabit, quamdiu hæc durat. *l. quamdiu. 39. ff. de acq. hared.* Hinc quoq; caſus illius deciſio patet: Quædam fœmina nobilis proximo ſuo agnato ſeniori *H. T. de R.* certum quoddam fideicommiſſum ita reliquit, ut illud ſemper in familia ſua ad ejus conſervationem permaneat, in eoque poſt illum ſuccedant ejus liberi, & quidem inter ipſos ſenior, hisque in caſum non exiſtentiæ ſubſtituit *H. P. de R.* ejusque liberos, & poſt hos ejus fratres, & quidem ſemper ſeniorem, Das auff begebenden Fall / da erſternanter *H. T. de R.* ohne Eheliche Manns Leibs Erben abſcheiden würde / alßdann ſelbig Hauß *&c.* dem *H. P.* anfallen / vnd nach jhme auff ſeine bekommende Eheliche Mannliche Leibs-Erben / oder da der kleine verließ / auff ſeine Gebrüdere / je den älteſten / kommen vnd gereichen ꝛc. Hinc jam quæritur, an quemadmodum in prima inſtitutione, *H. T.* eique facta ſubſtitutione inſtituti *H. P.* filii, & quidem ſenior admittitur, ita etiam in ſecunda ſubſtitutione; an verò in hac ſenior duntaxat vocatus intelligatur, & poſſeſſoris filium juniorem excludat? Et prius affirmandum eſſe præter teſtatricis verba expreſſa, ipſa juris dictitat ratio; Quemadmodum enim (*1.*) ipſa teſtatrix in prima inſtitutione, eique facta ſubſtitutione, ad fideicommiſſarii poſſidentis filios, & non alium proximum agnatum ſeniorem pervenire voluit fideicommiſſum, ita etiam in ſecunda ſubſtitutione illud ipſum voluiſſe intelligitur, cum proviſio in uno caſu, cenſeatur etiam facta in ſimili, *Bald. in l. Gallus. 29. §. ſi in fin. ff. de lib. & poſth. & ibi Goth. in not.* & præcedentia declarent ſequentia, ut hæc ſecundum illa intelligantur, *l. ſi ſervus. 50. §. fin. ff. de legat. 1. Hier. Schurf. conſ. 98. num. ultim. & conſ. 217. num. 12.* & quod una ſubſtitutio declaret alteram conſuluit *Menoch. conſ. 106. num. 390. lib. 2. & 4. præſ. 178. n. 34.* Sic conditio adjecta in una ſubſtitutione, in altera quoque repetita præſumitur,

ſumitur, *Menoch. d. præſ. 178. n. 30. & ibi alleg. Anch. Pariſ. Crav.* (2.) Quia teſtatrix id voluiſſe præſumitur, quod jus diſponit, *Bald. in l. ſi duo. ff. de acq hæred.* cum enim lex pro ſua natura ſit publica, juſta & honeſta. *c. erit autem lex. 2. diſt.* 4. ideoque ratio inſinuat, quod teſtatrix ab ejus diſpoſitione recedere noluerit: Jam verò lex vult & diſponit, filium ſubingredi locum patris, *Nov. 118. cap. 3. verſ. unde conſequens.* cum pater & filius una eademque cenſeantur eſſe perſona. *l. fin. C de impub. & al. ſub. c. jam itaque. 8. cauſ. 1. quæſt. 4.* Hinc quod majoratus cum ſemel unam lineam eſt ingreſſus ſemper in ea & deſcendentibus ex ea cõſervetur, & donec aliqui ex eis, quantumvis juniores exiſtunt, nunquam fiat tranſitus ad ſeniores in alia linea extantes, *per tex. in c. 1. de nat ſucc. feud.* docet *ibid Bald. Afflict. n. 77. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. c. 4. n. 14. Beſ. de pact. fam. c. 8. f. 456. & ſeq.* Et quod in fideicommiſsis his nepos præferatur patruo, *vide Petr. Anton. de Petra, in tr. de fideicommiſſ quæſt. 11. n. 8. & ſeqq. ubi plures adducit.* (d) Quia in his, quæ ſucceſsionem & favorem eorum concernunt, pro jam natis habentur *l. qui in utero. 7. & 26. ff. de ſtat. hom.* & ab iisdem fideicommiſſum relinqui poteſt, *l. ab exhæredati. 126. §. fin. ff. de legat 1. l. 1 §. ſed &. 8. ff. de legat. 3.* (e) *l. peto. 69. §. fin. ff. de legat. 2 Mantic. de conj. ult. vol. lib. 8. t. 12. n. 13.* (f) *l. paterfam. 114. §. cum pater. 15. ff. de legat. 1.* quia non deſinit eſſe agnatus, ſed in familia permanet, quamvis à patre ſit exhæredatus, & fideicomm. hoc non conſequitur ex teſtamento patris exhæredantis, ſed ex voluntate & teſtamento ejus, qui illud reliquit, *l. unum ex. 67. §. 1. ff. de legat. 2. Mantic. d. t. 12 n.* 22. & quidem intuitu ſanguinis, generis ac familiæ, *Tiraq. de primog. quæſt. 35.* atque ita ipſi auferri nequit, *l. eum qui. 3. ff. de interd. & releg.* (g) ſc. ſeculares, qui nulla certa regula ſpeciali conſtricti ſunt, ut ſunt plerunq; illi, qui hodiè dicuntur Canonici, & qui iſtis ſunt ſuperiores, *Matth. Steph. in exeg. jur. Can. p. 1. n. 30.* Quia hi per omnia ſuccedunt parentibus, *l. ut non liceat. 55. l. Deo nobis. 56. §. 1. C. de Epiſc. & Cler.* & bona illa hæreditaria pleno jure obtinent, nec Eccleſiæ acquirunt, ita ut de illis liberè teſtari & diſponere poſsint, *per text: ſupra th. 7. lit. l.* in iisque proximi ejus agnati ab inteſtato ſuccedunt. *c fin. cauſ. 12. quæſt. 5. Mynſ reſp. 35. n. 3. Rittersh. in expoſ. Nov. part. 1 c. 7.*

 n 88.

n. 88. cum ergò ſint de familia, & bona in ea conſervare poſſint, meritò etiam in ea ſuccedent. (g) Qui etiam dicuntur ordines & milites ſacri, ut ſunt S. Johannis Baptiſtæ Hieroſolymitani, qui & Hoſpitalarij dicuntur, à Xenodochio titulo D. Johannis Hieroſolymis excipiendis peregrinis templum Domini inviſentibus extructo, cujus miniſterio ſe viri nobiles devoverant, qui milites Rhodij, ab inſula Rhodo ipſis conceſſa, dicti ſunt, *Paurmeiſt. de jurisd. lib. 2. c. 9. n. 72.* & poſtea Rhodo à Solimanno Turcarũ Imperatore ipſis expulſis ab Imper. Carolo V. conceſſa fuit inſula Melitenſis, à qua poſtea Equites, vel potius Fratres Melitenſes appellati ſunt. *Petr. Calefat. tr. de equeſt. dignit. n. 20. & 21. & ibi Volaterran.* Sic quoq; in Germania noſtra ordo militum ſive Equitum Marianorum Teutonicorum non eſt incognitus, ab Imp. Henrico VI. cum pro recuperanda Hieroſolyma Chriſtiani bellum gererent, inſtitutus. *Bart. Muſcul. de confratern. th. 13.* Talis quoque eſt ordo Equitum Aurei Velleris à Philippo Burgundiæ Duce inſtitutus, *Calefat. d. l. n. 43.* Item Ordo Sancti Michaelis, quem inſtituit Ludovicus XI. Gallorum rex, *teſte Chaſſan. in catal. glor. mund. part. 9. conſid.* 10. ad quem non ſolent admitti niſi proceres & Principes, *Calefat. d. l. n.* 44. Et in Anglia inſtitutus eſt ordo aureæ periſcelidis, der gulden Hoſenband. Sic à Coſmo Medices Florentiæ Duce *anno 1561.* ordo militum Sancti Stephani inſtitutus eſt, *Calefat. d. l. num. 42.* Sunt & complures alij ſacrorum militum ordines à Pontificibus erecti, ut militum S. Petri, S. Pauli, Lauretanorum, S. Georgij, S. Lazari, Liliatorum, & militum Piorum, qui ordo creatus eſt à Pio V. *anno 1560.* & ſedem habet in urbe Roma, *Calefat. d. l. n. 34. & ſeqq.* Hujuſmodi ſacri ordines, quin in hujuſmodi fideicommiſſa familiæ ſuccedant, non video quid impediat, manent enim in familia & agnatione, bonorum paternorum ſunt capaces, eaque in familia conſervare poſſunt, atque horum etiam dignitatem conſervari & ſplendidam fieri Reipub. intereſt, pro qua ſarta ac tecta conſervanda & una cum religione defendenda militant unicè. Quo etiam facit, quod ex multorũ opinione hujuſmodi milites ſacri ſuccedant in feudis, *Sonsbec. de feud. p. 9. n. 115. Schrad. de feud. p. 7. c. 5. n. 30. Roſenth. de feud. c. 7. concl. 30. n. 9 & ſeq. Forſt. de ſucc. ab inteſt. lib. 4. c. 23 n. 39. Cran. de pac. relig. p. 1. probl. 12. connex. 1. & ibi alleg. Curt. Natt. Alvar. Præpoſ. Afflict. Iacobin. Rub. Neviz. Ritterſh.* Quamvis contra-

contradicant, *Menoch. A. I. Q. li. 2. c. 231. n. 19. Bocer. de jure ſucc. in feud c. 5. q. 16. Hunn. tr. feud. c. 10. f. 255. Fach. 7. c. 36.* (i) Apud Romanos nota cenſoria inurebatur illis, qui matrimoniũ abhorrebãt, *Valer. Max. l. 1. c. 9* Corinthij eos ſepultura privabãt, *Guevar. in horol. princ.* Argivi nullis præficiebant muneribus, *Guevar. d. l.* Apud Athenienſes feſto quodã die cœlibes à mulieribus circum aram tracti, flagris cædebantur, *Cypra. de ſponſ. c. 13. §. 74.* M. Valer. Maximus & Junius Brutus Bubulcus cenſores bona eorum, qui ad ſenectutem cœlibes perveniſſent, fiſco tradebant, *Volater. li. 30. Cypra. d. l. ubi vide plura.* Ex L. Julia & Papia nihil ex civium Romanorũ teſtamentis capere poterant, *Sozo. l. 1. c. 9. Goth. in rubr. C. de infirm. pœn. cœlib.* Verùm hæc hodiè ſecus ſe habent, & hæreditatis capaces facti ſunt. *l. 1. C. de infirm. pœn. cœlib.* atq; ita etiam ad fideic. hæc admittendi.

10. E contra verò qui ex iſtis cauſis, puta teſtamento, contractibus & donatione acquirere nequeunt, illi quoq; horum fideicom. non ſunt capaces. (a) Speciali autem ratione in his non ſuccedunt fœminæ, (b) monachi, (c) ſpurij, (d) naturales, (e) adoptivi, (f) per unionem prolium uniti, (g) ex conjuge ad Morgenaticã ducta nati (h)

(a) *th. 8. lit. a.* (b) Quia ſoli maſculi, & non etiam fœminæ conſervant familiam & agnationem, *Menoch. 4. præſ. 88. n. 5. Mynſ decad. 8. reſp. 79. n. 32 Marpurg. vol. 3. conſ. 25. n. 3. & ibi alleg. Wehner. pract. obſ. lit. S. verb.* Stamm. *& ibi alleg. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. t. 12. n. 8. & ſeq.* quippe quæ ad alienam, ſc. mariti tranſeunt, paternam finiunt, atq; ita familiæ ſuæ & caput & finis ſunt. *l. pronunciatio. 195. §. fin. & ibi Gœdd. ff de V. S. l. quicunque.* 10. *C. de re milit. Vultej. 1. Marp. conſ. 15. n. 164. & ibi alleg.* uſq; adeò, ut nec earum liberi in ea familia exiſtant, à qua ipſæ ſunt oriundæ, ſed hi patris ſui familiam ſequantur, *l. familiæ. 196. §. 1. ff. de V. S. Gœdd. 3. Marp. conſ. 16. n. 10.* atq; ita hoc loco maſculinum non concipit fœmininum *Mantic. d. tit 12. n. 9.* Et hæc adeò procedunt, ut nec ex fœmina deſcendentes ad hæc fideicommiſſa admittantur, quia hi non ſunt de familia & agnatione teſtatoris, *l. 196. § fin. ff de V. S. Nicol. Noalis, tr. de tranſmiß. caſ. 33. n. 4.* & quoties fœmina eſt excluſa, etiam ejus deſcendentes maſculi ſunt excluſi, *Tiraq. de primogen. quæſt. 12. Forſter. de ſucc. ab. int. lib. 3. cap. 17. Vultej. 1. Marp. conſ.*

conſ. 17. num. 92 & ibi alleg. & 2. conſ. 26. num. 15. cum nemo plus juris in alium transferre poſsit, quàm ipſe habet. *l. nemo plus 54. ff. de R. I. l. tradi 10. 20. pr. ff de acq. rer. dom. c. nemo poteſt. 79. de R. I. in 6.* nec in cauſato plus ſit virtutis, quàm procedit ab influente potentia cauſæ, *ut ait Bald in l. 1 ff. de Senat. & in l. 1. C de dignitat.* & deſtructo principali, corruat & acceſſorium, *cap. acceſſorium de R. I. in 6.* cum ergo deſcendant ex materia inhabili & radice infecta, ipſi quoque inhabiles erunt & infecti, cum infecta radice, omne quod ab deſcendit infectum ſit, *arg. l. 3. C. de bon. mater. l. tria prædia. 31. ff de ſerv. præd. ruſt.* & ita matris radice amputata, rami quoque decidunt, *Muſcul. de ſucc. conv. & anom. claſſ. 1. in 2. n. 246.* neque ex radice infecta fructus naſcuntur, *Mantic. de conj. ult. vol lib. 11. c. 12. n. 33. & ſeqq.* & niſi actus in principio ſumat initium, non poteſt ex eo ulterior fieri productio, *l. quæcunque. 11. ff. de obl. & act. Muſcul. d. l. n. 144.* Et quod in ſucceſſione fideicommiſſi, ſi mater excluditur, ipſius quoque filius, qui ex matris perſona ſuccedere vult, excludatur docet *Vultej. 1. Feud. 9. num. 27.* ubi etiam, quod fœminâ à feudi ſucceſſione excluſâ, ejus quoque deſcendentes maſculi excluſi intelligantur, pluribus & rationibus & authoritatibus declarat. Hinc etiam ſuperioribus temporibus Angliæ Rex Eduardus III. Philippi Galliarum regis cognomento Pulchri ex Iſabella nepos, Carolo Formoſo avunculo ſuo nullis maſculis hæredibus ſuperſtitibus defuncto, Philippo Valeſio, agnato remotiori cedere fuit coactus, *D. Beſold. de reg. ſucc. lib. 1. diſſ. 12. n. 3. Betſ de pact fam. illuſt. cap. 8. fol. 464. & ſeq.* ubi hosce verſiculos inde natos recenſet, ex parte Angliæ:

Anglorum regno ſum rex ego jure paterno,
Matris jure quidem Gallorum nuncupor idem, &c.
Hinc eſt armorum variatio juſta meorum.

Quibus ex parte Gallorum ita reſponſum:

Prædo regnorum qui diceris eſſe duorum,
Regno materno privaberis atque paterno,
Mater ubi nullum jus natus non habet ullum,
Hinc eſt armorum variatio ſtulta tuorum.

Quod ſi tamen ex iſta familia nulli maſculi ſint ſuperſtites, fœminæ erunt admittendæ, *arg. pr. I. de aſſign. libert.* quia hîc ceſſat ra-

tio

tio excluſionis, nimirum agnationis conſervatio, cum nulli ſuperſint agnati, atque ita etiam ipſa excluſio ceſſabit, non enim in perpetuum & ſimpliciter fœminæ à jure ſucceſsionis excluſæ intelliguntur, ſed interea dum agnatio floret, dormit & in ſuſpenſo eſt. Et aliâs quoque quando extat ſtatutum fœminas propter maſculos excludens, deficientibus maſculis fœminæ admittuntur, *Mantic. d. lib. 8. tit. 12. n. 7.* Sic quoque in renunciationibus fœminarum obtinere, ut maſculis deficientibus fœminæ admittantur, tradit *Muſcul. d. memb. 2. n. 269 uſque ad fin. & ibi alleg.* A meliorationibus quoque & impenſis in hæc fideicommiſſa factis, fœminam non excludi, ipſa ratio dictitat, & in feudis quoque obſervatur, ita, ut licet in illis fœminæ non ſuccedant, à meliorationibus tamen & impenſis non excludantur. *2. Feud. 28. verſ. ſi Vaſallus. & ibi. Dd. Vultej. 1. feud. 9 n. 56. & ibi alleg.* (c) Quamvis enim monachi in familia & agnatione maneant, & à ſucceſſione legitima non arceantur. *l. ut non liceat. 55. l ſeq. §. 1. C. de Epiſc. & Cler.* cum tamen non ſufficiat in hiſce fideicōmiſſis eſſe aliquem agnatum, ſed oporteat eum eſſe talem agnatum, per quem familia poſsit conſervari, vel per quem bona in familia conſerventur, *Mantic. d. lib. 8. tit. 12. n. 27.* per monachos autem bona in ea non conſerventur, ſiquidem quicquid habent per ipſum ingreſſum ad monaſterium transferũt. *auth. ingreſſi. C. de S S. Eccl. Nov. 5 c. 5.* & quicquid poſtea acquirunt, monaſterio acquiritur, *c. un. cauſ. 18. q. 1. c. abbates. 16. cauſ. 18. q. 2. cap. 2. ext. de teſtam.* ita ut ipſi nihil proprij habeant, nec annuos reditus recipere poſſint. *clem. exivi. 1. verſ. cumque annui de V. S.* adeò ut ſi proprietas apud quenquam inventa fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum perditionis extra monaſterium in ſterquilinio ſubterretur, *cap. cum ad monaſterium. 6. ext. de ſtat. monach.* Unde etiam ad ſtatum monachorum & regularium pertinent & neceſſariò obſervanda ſunt, ita ut ne Papa quidẽ adverſus ea diſponere poſſit, & dicuntur ſubſtantialia, nimirum propriæ voluntatis renunciatio, proprietatis abdicatio, & caſtitatis obſervatio. *d. cap. 6. ext. de ſtat. monach. & ibid. Pacius num. 2.* Neque etiam monachorum & monialium agnatio in hoc orbe terrarum, ſed in cœlis eſſe dicitur, *Mantic. d. tit. 12. num. 25.* Ex quibus conſequens eſt, quod in hæc bona non ſuccedant, idq; ex voluntate diſponentis & teſta-

toris, quæ ſola in fideicommiſſis ſpectatur *l pen. ff. de legat.* 1. nam hoc ipſo, quod voluit bona in familia conſervari, intelligitur noluiſſe ea ad monachum & conſequenter ad monaſterium, per quod ea non conſervatur, tranſire, ut ex *Dec. conſ. 259. num. 2. verſ. & hoc quidem. Pariſ. conſ. 22. n. 9. vol. 3.* docet *Mantic. d. n. 25. & ſeqq. Menoch. 4. praeſ. 83. n. 45. & praeſ. 88. n. 5.* (d) Quia filiorum nomine non continentur, cum patrem non habeant. *l. vulgo. 23. ff. de ſtat. hom.* & ſic multo minus erunt de familia & agnatione. *l. ſi ſpurius. 4. ff. und. cogn. §. vulgo quæſitos. 4. I. de ſucc. cognat. Forſter. de ſucc. ab int. lib. 6. c. 47. n. 1. & ſeqq.* nec arma & inſignia familiæ paternæ ferre poſſunt, *Menoch. 4. praeſ. 88. n. 13. & ibi alleg.* Unde etiam ab imperij ſucceſsione extramatrimoniali venere procreatos excludi ex *Petr. Greg. 7. de Rep. 8. Lipſ. monit. polit. 2. c. 4. mon. 1. Arniſ. polit. c. 9. f. 238.* Schönborn. *2. pol. 10.* teſtatur *Beſold. de reg ſucc. li. 1. diſſ. 9. n. 1.* ubi Spartanorum refert exemplum. Quamvis in Gallia ſub regno Merovingorum, Pepiningiorúmque, regalis ſucceſſionis capaces exiſtimati fuerint nothi, qui non ex plebeis & abjectis, ſed mulieribus nobilibus fuerunt ſuſcepti, *vide Beſol. d. diſſ. 9. num. 5.* Multò minùs autem ad hæc fideicommiſſa admittendi ſunt adulterini & ex damnato coitu nati, *per l. ſi quis inceſti. 6. & auth. ex complexu. C de inceſt. & inut. nupt. Nov. 89. c. fin.* (e) Quia non comprehenduntur filiorum appellatione. *l. generaliter. 6. C. de inſtit. & ſubſt. l. filium. 6. ff. de his qui ſui vel al.* nec ſunt de familia & agnatione teſtatoris. *Nov. 89. c. 4. Tiraq de nobilit. c. 15. n. 12. & ibi alleg.* nec familiæ appellatione propriè veniunt, *Muſcul. de ſucc. conv. & anom. claſſ. 1. m. 2. n. 260. & ibi alleg.* adeò, ut ne quidem filij ipſorum, etiam ſi ipſi legitimi ſint, de familia dici poſsint, *Tiraq. d. n. 2. Forſter. de ſucc ab int. lib. 3. c. 25. n. 18. Muſcul. d m. 2. n. 261.* familia autem per legitimos tantùm, non etiam naturales conſervatur, *Forſter. d. l. n. 16. & ibi alleg. Dyn. & Bart. Tiraq. d. c. 15. n. 10. Muſcul. d. n. 260.* Unde etiam inſignia & arma parentum ferre non poſſunt, *Tiraq. d. c. 15. n. 13. & ibi alleg. Forſt. d. l. n. 17.* nec in feudis ſuccedunt. *2. Feud 26. verſ. naturales.* Quod ſi verò per ſubſequens matrimonium fuerint legitimati, in hæc fideicommiſſa ipſos ſuccedere verius puto. Quia hi cum legitimè natis per omnia & in omnibus æquiparantur, nec quicquam ab iiſdem effe-

ctu

ctu differunt, ſed in omnibus cum iisdem ſuccedunt, *Nov. 12. ca. in fin. Nov. 89. c. 8. §. ſui autem 2. I. de hær. quæ ab int. l. cum quis. 10. & ſeq. C. de nat. lib. c. tanta. 6. ext. qui fil. ſunt legit.* unde etiam ſunt de agnatione & familia inſtitutoris, juribus agnationis & familiæ ex legitimatione ipſis datis, *arg. d. ll. Bocer. tr. de regal c. 2. num. 30.* arma & inſignia patris ipſis competunt, *Bocer. d. l. n. 29. Beſold. de reg. ſucc. lib. 1. diſſ. 9. n. 8.* & ſic etiam per eosdem familia & agnatio æquè conſervatur, ac per legitimos, *Tiraq ad l. ſi unquam. verb. ſuſceperit. num. 83. C. de revoc. donat. Weſemb conſ 44. num. 43.* Hinc etiam pactum in matrimonij contractu de maſculorum ſucceſsione, fœminis excluſis, factum ad naturales per ſubſequens matrimonium legitimatos extendi, aſſerit *Betſ. de pact. famil. illuſtr. cap. 6. fol. 190.* ubi ita à ſupremo Galliæ apud Pariſios Senatu inter illuſtres perſonas judicatum fuiſſe, refert ex *Molina. tract. de donat fact vel confirm. in contr matr. num 83.* Sed quid de legitimatis per reſcriptum Principis? Si legitimatio & inde dependens ſucceſſio tendat in præjudicium agnatorum, quibus jam per inſtitutoris diſpoſitionem jus in hujusmodi fideicommiſſo eſt quæſitum, eam hanc ſucceſſionem non operari certum eſt, cum Imperator nemini jus ſuum quæſitum auferre, atque alteri dare poſſit, *l. reſcripta. 7. C. de precib. imper. off. l. patrona. 5. ff. de natal. reſtit. c. quamvis. 8. de reſcrip in 6 arg. L. 11. ff. de R. I. l. 2. §. merito 10. ff. ne quid in loc. publ. vide Peregrin. de jure fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 27. & 66. & ibi alleg Covarr. var. reſ. libr. 3. cap. 6. per tot.* & ideo in reſtituendo aliquem natalibus ſemper conſenſum requirit ejus, qui ex ea reſtitutione lædi poteſt, ut patet ex *l. 2. l. 4. l. 5. ff de natal. reſt.* Hinc etiam naturales principis reſcripto non poſſunt legitimari, ut in feudis antiquis Stammlehen / ſuccedant in præjudicium agnatorum, quibus ex antiquis inveſtituris jus jam eſt quæſitum, *per 2 Feud. 26. §. naturales. Zaſ. de feud. p. 8 num. 74. & ſeq. Gail. 2. obſ 140. in fin. & obſ. 142. n 15. Hartm. Piſtor. lib. 2. part. poſt. quæſt. 40. n 24. & ſeqq. Sonsb. de feud. part. 9. n. 69 Fachin 7. c. 50. Vultej. 1. Feud. 9. n 93.* (f) A perſona ſcil. extranea, *per l. fideicommiſſum 76. ff. de condit. & demonſt. l. ſi ita. 51. §. fin. ff. de legat 2* quia hi non ſunt de familia & agnatione inſtitutoris, *§. ſed hodiè 2.*

l. de adopt. l. pen. §. 1. in fin. C. eod. atque ideo etiam mens inſtituentis non fuit hos ſuccedere, cum is in dubio ſenſiſſe intelligatur de veris, & non fictis filiis, *d. l. 76. & d. l. 51. §. fin.* cum verba naturaliter & non fictè debeant intelligi, *l. fin. C. de his qui ven. ætat.* adoptivi autem veri liberi non ſunt, ſed ficti, *d. l. 76. l. filio. 23. ff. de lib. & poſth.* Et hac quoque ratione agnatis facilè præjudicium inferri poſſet, & contra voluntatem inſtituentis ex aliena familia ſucceſſor adſciſceretur. Et quod ſtatutum maſculos fœminis præferens non habeat locum in adoptivis *ex Iaſon. & Bald.* refert *Kellenb. de renunc. q. 35. n.* 44. Unde etiam adoptivi in feudis non ſuccedunt. *2. Feud. 26. verſ. adoptivus.* Quamvis in hiſtoriis non deſint exempla, quod etiam adoptivi regnorum extiterint ſucceſſores, *vide Harpr. ad pr. I. de hær. quæ ab inteſt. n. 209.* Nec adoptationem à perſona non extranea, nec adrogationem ita fieri poſſe, ut in præjudicium agnatorum ſuccedant adoptati, mihi perſuaſum habeo. *arg. lit. e.* (g) Quia hi adoptivis ut plurimùm aſsimilantur. *Iacob. Rikius de union. prol. c. 9. per tot. Muſcul. de ſucc. conv. claß. 1. m. 3. n. 15. & ſeq.* Et quemadmodum ſtatutum præferens maſculos fœminis non habet locum in adoptivis, ita nec unitos maſculos præfert veris filiabus. *Rik. d. c. 9. n. 32.* facilè enim per huiusmodi unionem agnatis præjudicari poſſet, quod tamen fieri non debet, *confer lit. e.* adeò ut nec princeps hujusmodi unionem in præjudicium agnatorum confirmare poſsit, *per l. nec avum. 4. C. de emancipat. Rik. d. c. 9. n. 16.* Facit quod fideic. hæc dentur ad conſervandam agnationem, unio autem agnationem non operetur, *arg. l. jura ſanguinis. 8. ff. de R. I. l. jus agnationis. 34. ff. de pact. Muſcul. d. m. 3. n. 35. & 37. Rik. d. c. 9. n. 17.* (h) i. e. ea conditione, ut liberi ex ea nati certa portione contenti ab inteſtato non ſuccedant, *2. Feud. 29.* cujus rei recens exemplum nuper princeps quidam Germaniæ præſtitit. Sic Fridericus Elector Palat. dictus Victorioſus ne principatus diviſio iteretur, nuptias non contraxit, ſed filios duos ex fœmina quadam ſuſcepit, quam licet poſtea habuerit uxorem, filium tamen natu majorem Eccleſiæ Spirenſis Canonicum, alterum non Palatinum, ſed Comitem tantum in Lewenſtein effecit, *Beſold. de reg. ſucc. c. 1. diß. 9. n. 10.*

11. Fit autem ſucceſſio ſecundum modum & formam

mam

mam à primo inſtituente præſcriptam, (a) quę ſi in omnibus non ſit expreſſa, civilis obſervatur. (b)

(a) *per l. omnia. 32. § fin. ff. de legat. 2. confer th. 13. lit. g. & h.* Sed quæritur, ſi teſtator proximiorem den nåheſten inſtituerit vel ſubſtituerit, & ſint plures in uno gradu, an omnes admittantur? Aff. *per §. ſi plures. 5. I de legit. agnat. ſucc. l. 2. §. hac hæreditas. 2. ff. de ſuis & legit. Mantic. d. lib. 8. t. 12. n. 3.* Sed quid ſi is, qui fideicommiſſum familiæ conſtituit, unum vel certas quaſdam perſonas eodem gradu invitavit, alios hoc ipſo agnatos excluſiſſe cenſebitur? Neg. *per l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.* Quia horum fideicom. natura eſt, ut bona perpetuó in familia conſerventur *th. 16. lit. a.* Ideoque, cum per expreſſos perpetuitas illa non poſſit dari, inſtitutor omnes vocaſſe, & omnes ſubſtitutiones, per quas perpetuitas familiæ conſervari poteſt, feciſſe intelligitur, *arg. l. 2. ff. de jurid.* & ſic ſpecialiter vocatis extinctis, ſucceſſio non expirat, ſed ad alios proximiores devolvitur. *d. l. 32. §. fin. ff. de legat. 2.* cum aliàs quoque caſus ex natura & qualitate alicujus actus eſſentiali proveniens, pro expreſſo cenſeri debeat. Et ita tenet *Mantic. d. lib. 6. t. 15 n. 11. & ſeq. & lib. 8. t. 12. n. 34. & ibi alleg. Anchor. Rom. Ruin. & alii.* (b) Quia hujusmodi fideicommiſſa deciſionem ſuam habent ex jure civili, ſiquidem feudi naturam non habent, ſed bona ſunt allodialia, *confer th. 13 lit. c.* Cum ergò de Jure Civili conſtet, quod frater germanus ſeu utroq;. latere conjunctus excludat fratrem conſanguineum, ſeu ex uno tantùm latere conjunctum. *auth. ceſſante. C. de legit. hæred. auth. itaque. C. comm. de ſucceſſ. Nov. 84. c. 1. Nov. 118. c. 3.* Jure verò feudali, cum habeatur ratio ſolius agnationis, vinculi illa duplicitas non attendatur, ſed unâ cum iis, qui utroque latere conjuncti ſunt, admittantur etiam conſanguinei uno duntaxat latere conjuncti, cum hoc jure agnati ſimpliciter ſuccedere dicantur, *2. Feud. 11. verſ. his verò deficientibus. & tit. 45. verſ. ubi verò filium. Vultei. 1. Feud. 9. n. 108. D. Bocer. de jure ſucc. in feud. cap. 5. quæſt. 14. & ab his alleg. Gail. 2. obſ. 151. n. 1.* ubi ita in Camera concluſum refert. Conſequens inde eſt, quod in his fideicommiſſis fratres germani excludant conſanguineos, *vide Gail. d. obſ. 151. num. 3.*

 12. Con-

Materia. 12. Conſtituuntur fideicommiſſa familiæ in rebus immobilibus, (*a*) non ſolùm univerſalibus, ut hæreditate, (*b*) ſed etiam particularibus, ut ædificiis, (*c*) ſyivis, (*d*) prædiis, (*e*) etiam Emphyteuticis, (*f*) & aliis rebus, quæ immobilibus adnumerantur. (*g*) Non verò in mobilibus, (*h*) Eccleſiaſticis (*i*) & feudalibus. (*k*)

(*a*) Cum enim perpetuò durare debeant in familia, in bonis verò mobilibus, qua talia, perpetuum & durabile quid effici nequeat, conſequens inde eſt, quod tantùm in immobilibus, aut quæ his æquipollent, conſtituantur, *arg. 2 Feud. 1. in fin.* (*b*) *arg. t. t. I. de fideicomm hæred l. 1. § 1 de Neratius. 19. l. qui totam. 45. & t. t. ff. ad SC. Trebell.* ubi paſſim hæreditatis reſtituendæ fit mentio, (*c*) *l. pater. 38. §. filiam. 2. ff. de legat. 3.* ſunt enim res immobiles, quia de his datur interdictum de vi & vi armata, *l. 1. §. illud. 6. §. plane. 8. l. 3. §. pertinet. 15. ff. de vi & vi arm.* quod de rebus mobilibus non datur, *d. l. 1. §. illud. 6. & d. l. 3. §. 15.* Atque in his, uti & Caſtellis præcipuè gloriantur agnati, eorumque ſplendet nobilitas, *Muſcul. de ſucc. conv. claſſ. 1. m. 2. num. 232.* Unde etiam maximam partem conſuetudinum Franciæ principalem domum primogenito ut præcipuam deferre, teſtatur *Tiraq. de primog. quæſt. 71. num. 1.* (*d*) ubi arbores à vento evulſas, & alias in proprium uſum convertit, *arg. l. arboribus. 12. ff. de uſufr. l. fructus. 7. §. ſi fundum. 12. ff. ſolut. matr.* (*e*) *l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. qui ſolidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2 l. pater. 38. §. fundum. 3. ff. de legat. 3 l. pater. 54. ff. ad L Falcid.* (*f*) Quia ſine conſenſu domini poſſunt donari, *§. adeò autem. 3. I de locat. arg l. ſi domus. 71. §. fin. ff. de legat. 1. juncto §. 1. I. de legat. D. Bocer. claſſ. 2. D. 14. th. 67. Roſacorb. pract. for. c. 45 n. 2 Harpr. d. §. 3. n. 315. & ſeq. I de locat.* & permutari, *Iaſon in l. fin. num. 101. C. de jur. emph. Borch. de feud. cap. 3. num. 42.* ad quoſvis hæredes *d. §. 3. I de locat.* etiam fœminas tranſeunt, *Nov. 7. cap. 3.* unde conſequens videtur, quod etiam familiæ ipſius emphyteutæ in fideicommiſſum dari poſſint, modò domini conditio non fiat deterior, eique canon præſtetur, *l. 1. C. de fund. patrim.* (*g*) *arg. 2. Feud. 1. in fin.* ut ſunt annui reditus ad tempus perpetuum duraturi. *Clem. 1. verſ. cumque annui. de V. S. Ioh. Ferr.*

1. *Marp.*

1. *Marp. Conſil.* 2. *n.* 1. *Coler. de proc. exec. p* 1. *c.* 3. *num.* 243. *&* 248. de reliquis vide apud Feudiſtas *ad* 2. *Feud.* 1. *in fin.* (h) *confer lit. a.* (i) *per l. jubemus.* 14. *& auth. hoc jus porrectum. C. de S. S. Eccleſ. Nov.* 7. *c.* 1. *Nov.* 120. *c.* 1 *& ſeqq. c.* 1. 2. 3. 5. 6. 8 *& t. t. X. de reb. Eccl. alien. c.* 1. *c.* 2. *eod in* 6. *c.* 1. *X. de his quæ fiunt à præl confer th.* 7. *lit.* h. *& ſeqq.* (k) Siquidem de his nulla valet ordinatio defuncti, 2. *Feud.* 8. *pr.* adeò ut ne quidem candelam pro anima de illis vaſallus relinquere poſſe dicatur, *ex And. Iſern. c.* 1. *an agnat. vel fil. Beſold. de reg. ſucc. lib.* 1. *diſſ.* 2. *n.* 11. nec ullo alio modo in præjudicium domini & agnatorum, quibus jam jus in illis eſt quæſitum, diſponere, *vide Betſ. de pact. famil. c.* 9. *fol.* 504. *& ibi alleg.* nec donare, 2. *Feud.* 9. *verſ. donare.* nec legatum relinquere, nec fideicõmiſſum dare, *D. Bocer. tr. de jure ſucc. in feud. cap.* 1. *quæſt.* 1. *& ibi alleg. Schrad. de feud. p.* 7. *c.* 2. *n.* 1. *Roſenthal. c.* 7. *concl.* 2. *n.* 2. nec ullo alio modo ea alienare poſſit, 2. *feud.* 9. 52. *&* 55. *Vultei.* 1. *Feud.* 10 *n.* 44. *& ſeq.*

13. Conſtituuntur fideicommiſſa familiæ vel per ultimam voluntatem, ut teſtamento (a) & codicillis: (b) vel inter vivos, (c) ut contractu (d) & donatione. (e) Quibus adjici ſæpe ſolent conditiones (f) & certę leges ſive modi, ita ut vel unus ſolus, (g) vel plures ſimul (h) ea obtineant inq; ea ſuccedant. *Forma.*

(a) *l. filiusfam.* 114. §. *Divi Severus.* 14. *ff. de legat.* 1. *l. omnia.* 32. §. *fin. ff. de legat.* 2. *& ſimil.* Poteſt enim teſtando rebus ſuis legem ponere quam vult, *Nov.* 22. *c.* 2. *l.* 120. *ff. de V. S. vide Hering. de fidejuſſ c.* 1. *n.* 88. *& ſeqq.* (b) *arg.* §. *codicillis.* 2. *I. de codicill l. fin.* § 2 *C. eod. l. filiusfam.* 18. *pr. ff. ad L. Falcid* (c) ab inteſtato, §. *præterea.* 10. *I. de fideicom. hær. l* 1. §. *hoc autem.* 5. *l recuſare.* 6. §. 1. *l. Scævola.* 76. *ff. ad SC. Trebel. l.* 3. *l. & ſine.* 5. *C. eod. l.* 1. §. *illud.* 9 *ff. de legat.* 3. etiam pacto, *Menoch. conſ.* 1256 *n.* 30. *& conſ.* 591. *n.* 4 *& ſeq.* (d) *Petr. Ant. de Petra de fideicom q.* 4. *n.* 1. Quemadmodum enim legem rebus ſuis quis dicere poteſt, quam vult, teſtando, *d Nov.* 22. *c* 2. *d. l.* 120. *ff. de V. S* ita etiam contrahendo, *l legem.* 10. *C. de pact. l.* 1. *C. de pact. conv. tam ſup. dot arg. l.* 21 *C mand.* & aliâs quoq; argumentũ ab ultimis voluntatib. ad cõtractus bonũ eſt *arg. l. pactũ inter.* 46.

ff. de

ff. de pact. l jure civili. 24. ff. de condit & demon l. quæ de. 46. ff. de legat. 1 Everhard. in loc. legal. à contract. ad ult. vol. 36. n. 2. confer Petr. An. de Petra, de fideic. quæſt. 4. per tot. (e) *arg l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub mod l. 21. C. mand. Pet. Ant. de Petr. d. quæſt. 4. num. 1.* unde quoq; quemadmodum hæredibus, ita etiam cum mortis cauſa donatur, ſubſtitutio fieri poſſe dicitur *in l. ut hæredibus. 50. pr. ff. de legat. 2.* Sed quæritur, an huiusmodi donatio 500. ſolidos excedens opus habeat inſinuatione? Aff. *per l. data. 27. l. ſi quis. 36. §. 3. C. de donat. §. alia. 2. I. eod. l. illud. 19. C. de SS. Eccleſ.* Teſtes autem in donatione actis inſinuanda non erunt neceſſarii, ſuperfluum enim eſt privatum teſtimonium, cum publica monumenta ſufficiant, *l. in donationibus. 31. C. de donat. Bart. Muſcul. de ſucc. conv. claſſ. 1. m. 3. n. 103. & ſeqq. Mynſ. 6 obſ. 29.* ubi *n 5.* Cameram hanc ſententiam ſecutam eſſe, eandemque in practica ſervari teſtatur. (f) Ut ſunt ordo ſuccedendi, alienationis prohibitio, uti & alia vincula & conditiones, quæ familiarum conſervationem earũque perpetuatem reſpiciunt, plures, quæ ſi honeſtæ & poſſibiles impleri utique debent *l. Mævius. 55. ff. de condit. & dem. l. hoc jure. 10. ff. de V. O.* ſin verò impoſſibiles & turpes per ultimam voluntatem adjectæ fuerint, pro non adjectis habentur. *l. 1. l. 4 §. 1. l. 6. l 9. l. 14. l. mulier. 20. in fin pr. ff de cond inſtit. l. ſi Mævia. 45. l. ſervum. 50. §. 1. ff. de hæred. inſtit. § impoßibilis. 10. I. eod. l. 3. l. 6. §. 1. ff. de condit. & dem.* ſecus verò in contractibus, quibus conditio impoſſibilis in faciendo obſtat, eosque vitiat, *§ ſi impoß bilis. 11. I. de inut. ſtip. l. 7. ff. de V. O. l. 1. §. impoßibilem 11. l. non ſolùm. 31. ff. de O & A.* ubi diverſitatis redditur ratio. (g) Et quidem ſenior, der Elteſte deß Stammen vnd Namens/ quale fideicommiſſum diciturMajoratus. (h) *l. omnia. 32. §. fin. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.*

14. Porrò conſtituuntur vel verbis expreſſis, (*a*) vel tacitis. (*b*)

(*a*) Ut quando inſtitutor verbis expreſſis & ad hoc ordinatis diſponit, hęc vel illa bona in familia ad ejus conſervationem perpetuò manere debere, Das zu beſſerer Erhaltung vnd Auffnehmen deß Stammen vnd Namens deren von N. ſolch Hauß &c. auff dem Männlichen Stammen / ſo lang derſelb wehret/ allezeit als ein recht

Stamm-

Stammhauß *&c.* bleiben vnd *continuirt* werden ſoll. (b) Quando quidem inſtitutor verbis expreſſis non dicit ſe fideicommiſſum familiæ conſervandæ cauſa relinquere, ex mente tamen & ſententia ipſius apparet, ipſum hoc voluiſſe. Quamvis enim fideicommiſſa non præſumantur, *Menoch.* 4. *præſ.* 67. *per tot.* hoc tamen non obtinere, ſi de conſervatione bonorum in agnatione vel familia agatur, ſed tum præſumi, *ex Gozad. Ceph. & Burſat.* aſſerit *Maſcard. de probat. concl.* 775. *n.* 5. Nam ſi conjecturis colligi poſſit, teſtatoris & diſponentis voluntatem fuiſſe fideicomm. familiæ relinquere, voluntas illa utique valebit, cum in fideicommiſſis ſola diſponentis ſpectanda ſit voluntas, *l. pen. ff. de legat.* 1. Et ex conjecturis induci fideicommiſſa patet *ex l. unum.* 67. §. *ſi omiſſa.* 9. *ibi: rectè datum & minus ſcriptum. &* §. *fin. ff. de legat.* 2. *l. cum avus.* 102. *ff de condit. & dem.* multò magis autem familiæ, cum quilibet præſumatur appetere honorem & incrementum dignitatis ſuæ agnationis, maximè vir nobilis naturali impulſu nihil magis deſideraſſe credendus eſt, quàm ſuæ familiæ favere, eamq; propagari & conſervari, ut ex *Zaſ. conſ.* 2. *n.* 13. *in fin & ſeq.* ſcribit *Mantic. de conj. ult vol. lib.* 6. *t.* 15. *n.* 1. Hinc ex conjectura inducitur fideicommiſſum familiæ, (1.) quando teſtator ſubſtituit agnatos in perpetuum & fœminas excludit, *Menoch. conſ.* 95. *n.* 51. *lib.* 1. *Maul. de ult. volunt. lib.* 1. *t.* 16. *fol.* 378. (2.) Quando teſtator vocatis ipſis agnatis & transverſalibus, expreſsè dixit, mentem & voluntatem ſuam eſſe, quod bona permaneant in dictos inſtitutos & ſubſtitutos. *Menoch.* 4. *præſ.* 69. *n.* 16. (3.) Expreſſio generis maſculini facit præſumi mentem teſtatoris talem eſſe, quod voluerit bona in agnatione conſervari, *Mantic. d. t.* 15. *num.* 2. *& ibi alleg.* Uti & (4.) ex eo, quod teſtator ſemper maſculos prætulit, ad favorem agnationis reſpexiſſe intelligitur, *Mantic. d. n.* 2. Et (5.) quando alia extant ſigna, quibus demonſtravit teſtator, ſe velle bona conſervare in familia; *Maul. d. f.* 378. *& ibi alleg.* (6.) Ex qualitate quoque rerum fideicomm. familiæ relictum intelligitur, *Menoch. conſ* 171 *n.* 20 *& conſ.* 277. *n.* 28. ut quando teſtator reliquit bona illuſtria & digna, quæ conſerventur perpetuò in agnatione & familia, illaque prohibuit alienari, *vide Mantic. d. lib.* 6. *t.* 12. *n.* 7. *&* 8. *Menoch.* 4. *præſ.* 69. *num.* 18.

15. Vt autem fideicommiſſi familiæ conſtitutio ſit legitima, requiritur ut fiat cum cauſæ, (a) vel perſonæ, cui relinquitur expreſſione, (b) ut legitima liberis ſalva ſit, (c) & creditoribus jus ſuum non intervertatur (d) & ſcriptura interveniat. (e)

(a) *l. filiusf.* 114. §. *D. Severus.* 14. *ff. de legat.* 1. *l. pater.* 38. §. *Iulius.* 4. *l. Lucius.* 93. *pr. ff. de legat.* 3. cum enim per fideicommiſſa hæc libera de illis diſponendi & teſtandi poteſtas adimatur *ib.* 19. ideoq; ut ea valeat, juſta & rationabilis cauſa ejusque expreſſio neceſſaria eſt, *d. ll.* Atque huiuſmodi cauſæ expreſſio vel apertis verbis declaratur, veluti, quia hanc domum propriis manibus conſtruxi; vel quia fuit majorum meorum &c. vel ut maneat in familia, Stammen vnd Namen zuerhalten/ *Sichard in l.* 3. *num.* 6. *Cod. de cond. ob cauſ dat.* vel tacitè ſubintelligitur, ut in prodigo & homine minus induſtrio. *l. Titio* 71. *pr. ff. de cond. & dem.* in quibus dilapidationis ſubeſt ſuſpicio. Et tacitè ineſt, quando res ſua natura alienari nequit, *arg. l. ſancimus.* 21. *C. de SS. Eccl.* (b) *d. l.* 114. §. 14. *ff. de leg.* 1 (c) Quia hæc liberis jure naturæ debetur. *Nov.* 1. *in præf.* §. 2 *l.* 7. *ff. de bon. damn.* atque ita illis auferri nequit, adeò ut ne quidem ipſi gravamen, vel alia conditio apponi poſſit, *l. quoniam.* 32. *C. de inoff teſt.* Quamvis enim patri liceat in liberos, quos magis diligit, aliquid amplius conferre, *Vultei.* 1. *Marp. conſ.* 29. *num.* 40. *& ſeq.* illud tamen tam amplum eſſe non debet, ut cæteri filii per ejus immenſitatem in portione jure naturæ debita, hoc eſt, legitima lædantur, & legum ipſarum intentio tranſcendatur, *l. parentibus* 8. *pr. & auth. noviſſima. C. de inoff teſtam. Nov.* 18. *cap.* 1. *Nov.* 92. *c.* 1. *Vultei. d. l. n* 39. *Berſ de pact famil. c.* 8. *fol.* 369. Aliâs verò fideicommiſſo familiæ jam conſtituto ejus poſſeſſor ſororibus, vel aliis fratribus in id non ſuccedentibus, ex eo legitimam non debet, *Petr. Ant. de Petra de fideicomm. quæſt.* 8. *num.* 494. cum legitima ſit portio ejus, in quo quis ſucceſſurus ab inteſtato. *l. parentibus.* 8. *pr. C. de inoff. teſtam.* Et ita de fœminis renunciantibus aſſerit *Muſcul. de ſucc conv. claſſ.* 1. *m.* 2. *num.* 284. *& ſeq.* & de bonis primogenituræ ſubjectis, *Fach.* 4. *c.* 23. Neque etiam ex eo Trebellianica, nec Falcidia detrahitur, *auth. ſed & in ea. C. ad*

ad L. Falcid Nov. 119. c. 11. l. pater. 54. ff. ad L. Falcid. Petra. d. n. 494. & quaeſt. 15. num. 151. & ſeq & 191. Mantic. de conj ult. vol lib. 7. t 12. num. 19. & ſeq. Quia hæc fideicommiſſa ipſo jure in proximiorem transferuntur, atque ita ratio ob quam Falcidia & Trebellianica introducta ceſſat. Et hujusmodi detractio etiam eſſet contra diſponentis expreſſam voluntatem, ſiquidem is voluit, ut bona integra & illibata in familia conſerventur, hac autem ratione etiam extra eam alienarentur. Et aliâs quoque legatarius & fideicommiſſarius ſi fideicommiſſum reſtituere teneatur, Falcidiam vel Trebellianicam non deducit, *l. lex Falcidia 67 §. fin. ff. ad L. Falc. l ex aſſe. 28. §. fin. ff. ad SC. Treb* (d) *d. l filiusf. 14 §. 14 ff. de legat 1. l debitorum. 25 C. de pact. l. ſolvendo 39. ff. de neg geſt.* (e) Quamvis aliâs fideicommiſſa etiam ſine ſcriptura & nutu relinqui poſſint, *l & in epiſtola, 12. C. de fideic. l nutu. 21. ff. de legat. 3.* cum tamen fifideicom. familiæ regulariter ſint perpetua pluresque leges & conditiones iis adiici ſoleant, ut de his omnibus & ſingulis tanto melius conſtare poſſit, & probatio facilior habeatur, ſcriptura omninò neceſſaria videtur, *arg. l. 1. C de jur. emph. l. contrahitur. 4. ff. de pignor.* & cum hæc fideicomm. ſint donationes quædam, utique ſi 500. ſolidos excedent, inſinuanda erunt, *confer th. 13. lit. e.*

16. Suâ naturâ hęc fideicommiſſa ſunt perpetua, (a) nec facilè diviſionem patiuntur. (b)

(a) per *l. omnia. 32. §. fin. ff de legat. 2.* Cum enim familiæ nomen ſit collectivum, ac proinde ſua natura tractum temporis, & perpetuitatem perſonarum implicet, *Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 25.* conſequens inde eſt, ut etiam fideicommiſſa, quæ pro ejus conſervatione inſtituuntur, perpetua ſint, & quamdiu ipſa familia durat, hæc quoque durent, *arg l 2. ff. de jurid. & ſimil.* aliâs enim illis mediantibus familia & agnatio, juxta mentem inſtitutoris, non conſervaretur, *confer theſ. 4. lit. f.* (b) Cum diviſio vicem emptionis & alienationis obtineat, *l. 1 Cod. comm. utr. jud. Petra de fideicomm. quaeſt 8. num 58.* Ideoque & hæc prohibita videbitur. Quia finis horum fideicomm. eſt di-

gnitas familiæ bonorumque in eadem conſervatio, hæc autem eò maximè juvatur, ſi patrimonia unita & indiviſa conſerventur, quæ aliâs diviſione & disjunctione diminuerentur & ad deſtructionem deducerentur, *c. majoribus. 8. X. de prabend. Kylling. de Ganerb. diſc. 6. n. 37. & ſeq.* cum, teſte philoſopho, virtus unita fortior ſit ſeipſa diſperſa.

Finis. 17. Finis fideicommiſſorũ hujuſmodi eſt memoriæ, agnationis & familiæ, (a) in eaque bonorum perpetua conſervatio. (b) Ex quibus patet, quod ſint favorabilia. (c) Hinc etiam introductum eſt jus primogenituræ, (d) confraternitates, (e) renunciationes fœminarum, (f) collegia Eccleſiaſtica, (g) & jura nonnulla alia. (h)

(a) Reipublicæ intereſt ut familiarum dignitas conſervetur & ſalva ſit, *l. 1. §. ſed et ſi. 13. ff. de inſpic. vent.* unde qui amplificandis & augendis illuſtrium & nobilium familiis ſtudet, publicæ proſpicere utilitati principaliter dicitur, *Bart. Muſcul. de confrat. th. 10. & ibi alleg. Corn. conſ. 335. n. 18. vol. 1.* quippe quæ Reip. ſunt fulcra. Huiusmodi autem familiarum ſplendor abſque divitiis conſervari non poteſt, *vide Tiraq. de nobilit. cap. 3. per tot.* Quamvis enim divitiæ non faciant nobilem, neque etiam paupertate nobilitas amittatur, *vide Tiraq. d. l. c. 25.* cum paupertatem & ignobilitatem nemo ſapiens mala dixerit, *c. illa cavenda. 6. cauſ. 15. q. 1. Gail. 2. obſ. 95. num. 20.* Armuht iſt kein Schande; quin tamen ad ſplendorem nobilitatis plurimùm faciant, ipſa experientia ſatis docet, & nobilitatem divitiis demum verè magnificam reddi ac inſtar ſolis radios generoſas animi vires exerere, commune Doctorum ſuffragium habere, ex *Affl Bart. Innoc. & aliis.* teſtatur *Rolbag. cert. maſc. fœm. act. viril. cap. 28. n. 57.* Hinc ſtultum ſine divitiis de nobilitate certare, ex *Hoſt.* refert *Weſenb. conſ. 4. num. 43.* quippe quæ abſque facultatibus manca eſt & ludibrio *arg. Syrac. 13. per tot. Tiraq. de nobil. c. 25. n. 9.* Nam

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt. Et
Haud facilè emergunt quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Nullus.

Nullus eſt ordo, qui ſine divitiis valeat, vel conſervari poſſit, usq;, adeò, ut etiam Eccleſiaſtica dignitas ob paupertatem vileſcat, *clem. in pleriſque ibi: & mendicitatis opprobrio ſerenitatem pontificalis obnubilant dignitatis. de elect. & el. pot. cap. videntes. 16. cauſ. 12. q. 1.* Quod eſt fides ſine bonis operibus, Doctor ſine lege, paſtor ſine grege, Canonicus ſine præbenda, Abbas Nullatenſis, eques ſine equo, rex Schachorum, *&c.* hoc nobiles ſunt ſine divitiis, *Muſcul. de ſucc. conv. claſ. 1. m. 2. n. 117. confer Tiraq. de nobil. c. 3. & 25. per tot. Rolbag. d. c. 28. per tot.* (b) Hac enim ratione donec familia illa durat, bona quoque in ea ex mente inſtituentis & favore agnatorum permanent, triſte enim eſt & lugubre videre paternas & avitas domos, ac antiqua majorum prædia in extraneas tranſire manus, *l. in fundo. 38. ff. de rei vind. l. ſi in emptionem. 35. ff. de minor. l. lex quæ. 22. verſ. nec verò. C. de adm. tut.* (c) Quia ad familiarum conſervationem & bonum publicum tendunt. *lit. a.* Et ea diſpoſitio, quæ principaliter ex diſponentis intentione favorem concernit, ex accidenti verò in alterius præjudicium tendit, favorabilis cenſenda eſt, *arg. l. qui exceptionem. 40. ff. de cond. indeb. & ibi. Dd.* Quamvis ergò aliâs fideicommiſſa forent odioſa, ut vulgò tradunt Dd. quibus contradicit *Mantic. de conj. ult. vol. lib. 7. t. 1. per tot:* hæc tamen, quæ favore conſervandæ agnationis & familiæ relinquuntur favorabilia ſunt, *Mantic. d. l. n. 44. & ibi. alleg Menoch. 4. præſ. 67. n. 19. & ſeqq. Petra d. l. quæſt. 5. n. 68. & ſeq.* (d) *Tiraquell. de jure primog. q. 71. num. 2. & ibi alleg. Socin. Pariſ.* (e) Quia ad conſervationem Principum familiarum maximè conducunt confraternitates, ſeu pacta ſucceſſionis, die Erbverbrüderunge/ *Ant. Coler. de jur. Imper. Germ. ſect. 70. Bart. Muſcul. de confratern th. 10. & 19.* Nam principes hoc modo contrahentes perinde habentur, ac ſi legitimi & naturales eſſent fratres, una progenitorum agnatione producti, ita ut alterius ſtirpe extincta, ad alterum Principatus hæreditario quaſi jure devolvatur, *Muſcul. de confr. th. 46.* (f) *Kellenb. de renunc. q. 1. n. 3.* (g) In quæ non niſi illuſtres & nobiles recipiuntur, unde & die hohe Stiffte dicuntur. Nam & hæc eo præcipuè fine inſtituta & luculenter olim dotata ſunt, ut generoſæ familiæ, numeroſa prole abundantes, receptum habeant, cui tutò & commodè liberos committere queant, ne paternæ hæ-

reditati ſimul incumbant. Inde monaſterium in Helvetia Eremo, zum Einſidel Principum hoſpitale fuit nominatum, ut ex Joh. Stumpff in der Schweitzer Chronick / *lib. 6. fol. 165.* refert *Beſold. de reg. ſucc. libr. 1. diſſ. 6. num. 14.* Et hunc modum conſervandorum in integritate Principatuum & Comitatuum Imperij, ſuperioribus temporibus adeò uſitatum fuiſſe, ut aliquando etiam Principes ſorti, vel arbitrio virginis matrimonium ac ſucceſſionem permiſerint, refert *Betſ de pact. famil. cap. 8. fol. 390.* ubi ex *Munſt. coſm. lib. 3. cap. 417.* in Haſsiæ Landgraviis recenſet exemplum. (h) Hoc etiam fine Gynecocratia paſsim prohibita eſt, ne ſcil: ad nuptias convolante Regina, principi extraneo populum ſubjici, aut ſaltem à familia regnum amoveri contingat, ex *Cabot. 1. cap. 16. Beſold. de reg. ſucc. lib 1. diſſ. 11. num. 4.* Indeque olim ſucceſsiones fœminarum vel conſtringebantur, vel in totum removebantur, ut paſsim ex jure patet.

Effectus. 18. Effectus eſt, quod familia & bona conſerventur, (a) quod poſſeſſori dominium quoddam acquiratur, (b) cujus reſpectu theſaurum, (c) & alia rerum emolumenta (d) & augmenta (e) lucratur: Poteſt rem fideicommiſſariam in meliorem conditionem commutare, (f) & omnia facere, quæ diligentem decent patremfam. (g) poteſt ſervitutem imponere, (h) in arbitrum compromittere, (i) & tranſigere, (k) poteſt jus ſuum alteri cedere, (l) eique renunciare. (m)

(a) *theſ. 17. lit. a. & b.* (b) Cum neceſſum ſit dominium apud aliquem exiſtere, in pendenti enim eſſe, ſive in aëre volitare nequit, quoniam autem apud ſequentes, quos poſſeſſor antecedit, non eſt, conſequens eſt illud apud poſſeſſorem eſſe, *per l. facta. 63. pr. ff. ad SCt. Trebel. l. Herennius. 42. ff. de uſur.* Hinc etiam fideicommiſſario datur rei vindicatio, *l. fin. §. ſin autem 3. C. comm. de legat.* quæ tantùm domino datur, *l. 23. pr. ff. de R V.* Non enim onus reſtituendi poſt mortem tollit dominium in vita. *l. non ideo. 66. ff. eod. l. ſpecies. 15. ff. de aur. & arg. l. 1. §. ſervi. 4. ff. ad SCt. Silan.*

lan. & plerumque ſit, ut etiam ea, quæ nobis abire poſsint, proinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent, *ait Pompon. in l. plerumque. 205. ff. de R. I.* Hinc ſi ſervus ſub conditione legatus ſit, pendente conditione pleno jure hæredis eſt, *l. generaliter. 29. §. fin. ff. qui & à quib. man.* Quamvis autem hujusmodi dominium ad vitam tantùm reſtrictum, nec plenum & abſolutum ſit, *l. 3. §. 2. C. comm. de legat.* nihilominus tamen eſt verum dominium, prout etiam maritus dotis, *l. 30. C. de jur. dot.* & minor habens curatorem rerum ſuarum dominus eſt, *l. 3. C. de in integr. reſt. §. 2. I. quib. alien. lic.* ita ut rectè dixerit Seneca: quod ſub certa lege meum eſt, etiam meum eſt, *confer Ampliſs. Dn. Seniorem Caſp. Bitſch. in tract. de theſaur. cap. 8. theſ. 216. & ſeq. Gail. 2. obſ. 137. num. 6.* Sed quæritur, quomodo ultimo fideicommiſsi poſſeſſore defuncto, dominum hoc in ſequentem transferatur? Et ipſo jure transferri verius puto. Quia ab inſtituente omnibus ſucceſſoribus jus reale in fideicommiſſo eſt conſtitutum, ita ut ſi alienatio à prædeceſſore ſit ſacta, ipſis petitio ac vindicatio competat, *l. fin. §. 3. C. comm. de legat. l. omnia. 32. §. fin. l. peto. 69. §. 3. ff. de leg. 2.* unde etiam ad fideicommiſſarium actiones utiles ipſo jure transferre dicuntur, *l. penult. §. fin. C. ad SCt. Trebell.* Et ſi res alicui donatur ad certum diem, ita ut poſt illum in alium tranſeat, die adveniente actio ex donatoris voluntate ipſo jure alteri acquiritur. *l. 3. C. de donat. quæ ſub mod.* Sic quoque legata à legante recta via in legatarium tranſeunt. *l. à Titio. 64. ff. de furt. l. legatum 80 ff. de legat. 2.* (c) Si in prædio fideicommiſſario ipſe invenerit, *per §. theſauros. 39. I. de rer. diviſ. l. un. C. de theſaur. D. Bitſch. d. cap. 8. theſ. 213. & ſeqq.* (d) ut ſunt fructus rei fideicommiſſariæ percipere, cum in inſtitutione dicatur, quod res illæ utendæ fruendæ concedantur, *arg. l. fin. ff. de uſufr. ear. rer. l. ſpecies. 15. ff. de aur. & arg.* Exempla harum commoditatum & emolumentorum colligere licet *ex l. 7. l. 9. l. 10. l. 11. & ſeqq. ff. de uſufr. & ſi ei lib.* Sic in prædiis iſtis poteſt venari & piſcari, *arg. l. uſufructuarium. 62. pr. & §. 1. ff. de uſufr.* proventus & commoditates ex argenti fodinis, lapidicinis, aliisq; venis ad ipſum ſpectant, *arg. l. fructuario. 7. §. ſi vir. 13. ff. ſol. matr.*

l. 9. §. 2.

l. 9. §. 2. ff. de uſufr. juriſdictionem exercere, tributa, ſervitia à ſubditis, & ruſticis, ſi qui ſunt, exigere poteſt, & ſi quæ ſunt alia rei fideicommiſſariæ cohærentia. (*e*) Si augmentum facto poſſeſſoris fideicommiſſo adjectum per ſe ſubſiſtere poſſit, & à reliquis rebus ſit ſeparabile, tunc ſucceſſores non ſequitur, ſed ad hæredes poſſeſſoris pertinet. Nam quæ facto hominis fundo accedunt & per ſe ſubſiſtere poſſunt, particularem ſuam rationem & ſeparatam à fundo naturam obtinent, egéntq; ſeparata & diverſa via, ut acquirantur & amittantur, *l. qui fundum. 7. §. 1. ff. pro empt. Garſ. de expenſ. & mel. cap. 22. n. 4.* Cum enim ejusmodi res per ſe libera ſit, absque aliqua præcedente diſpoſitione hanc qualitatem, ut perpetuò ſit apud familiam, induere nequit. Atque ita etiam in feudis obtinet, *2. Feud. 8. §. è contrario. Vultej. 1. feud. 11. n. 149.* & majoratu, *Garſ d. n. 4.* Quod ſi verò res adjecta ſit inſeparabilis, nec per ſe ſubſiſtere poſſit tunc fideicommiſſo cedit, *arg. d. §. è contrariò.* Res enim quæ omnino per ſe conſiſtere non poteſt, ad eam rem, cui additur pertinet. *Garſ. d. c. 22. n. 17.* ut eſt ſervitus realis, *d. §. è contrario.* & ædificium. *Garſ. d. n. 17.* ita tamen ut ejus rei æſtimatio perſolvatur, ſi impenſis ſuis adjecerit, *per 2. feud 28. §. ſi vaſallus. arg. l jure naturæ. 206. ff. de R. I.* Sin autem temporis beneficio rerúmq; viciſſitudine augmentum contigerit, nihil expectandum eſt ab eo, cui augmentum cum re reſtituitur, *Garſ. d. n. 17. v. quod ſi.* Uti & ſi augmentum ſit naturale absq; hominis facto contingens, ut per alluvionem, fideicommiſſo cedit, *per §. præterea. 20. I. de R. D l. adeò. 7. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. 1. l. fin. C. de alluv. Garſ. d. c. 22. n. 36. & ſeq.* ubi *n. 38.* ita de jure majoratus eſſe docet. (*f*) *arg. l. ſolvendo. 39. ff. de neg. geſt. l. ſi cujus. 13. §. fructuarius. 4. ff. de uſufr.* (*g*) *arg. l. ea igitur. 14. ff. de pign. act. l. Titius. 54. ff. ad SCt. Treb. l. à tutoribus. 33. ff. de adm tut.* (*h*) Poſſumus enim iis rebus, quæ certo modo noſtræ ſunt (quales etiam ſunt hæ) ſervitutes imponere, *l. plerumque. 205. ff. de R. I. l. ſi fundum. 105. ff. de condit. & dom.* Et hæres cui ſub conditione fundus legatus eſt, ea pendente ſervitutem imponere poteſt, *l. is, cui. 11. §. 1. ff. ſerv. quem. am.* Sic quoq; Vaſallus prædio feudali ſervitutem imponere poteſt, *2. feud. 8. §. rei autem. vide D Bocer. de jur. dom. & vaſ. lib. 2. c. 6. n. 99 & ſeqq.* Quæ tamen ita procedunt, ut reſoluto & extincto jure dantis,

tis, hæc quoque finiatur, *d. l. 105. & d. l. 11. §. 1. arg. l. lex vectigali. 31. ff. de pignor. l. peto. 69. §. 1. ff. de legat. 2.* (i) *per l. cum hæreditas. 36 ff. ad Sct. Trebell.* ubi hæreditatem reſtituere gravatus, ſi de re quapiam hæreditaria compromiſſum fecerit, cautionem de indemnitate fideicom. præſtare tenetur. Sic valet compromiſſum ab hærede, cui ſi ſine liberis deceſſerit, datus fuit ſubſtitutus, factum, *cap. Raynaldus. 18. ext. de teſtam.* Et Vaſallum de feudo in arbitrum compromittere poſſe, patet *ex 2. Feud. 15. 34. pr. & 46. Vultej. 2. feud. 2. n. 3. Hunn. tr. feud. c. 12. fol. 341. vide Petr. An. de Petra de fideicom. quæſt. 8. n. 63. & mult. ſeqq.* (k) Argumento Vaſalli, qui etiam de feudo, ſi non fiat fraudulenter, tranſigere poteſt, *2. Feud. 26. verſ. ſi vaſallus de beneficio. & tit. 43. & ibi Schenk Baro. n. 4 & 5. Vultej. 1. feud. 10. n. 89. Hunn. de tranſact. c. 2 exerc. 6. vide D. Bocer. d. c. 6. n. 120. & ſeqq.* Pari ergò modo etiam de fideicommiſſo familiæ ſyncerè & ſine fraude tranſigere licebit, *vide Petr. d. quæſt. 8. n. 64. & aliquot ſeqq. Betſ. de pact. fam. c. 8. fol. 481. & ſeqq.* (l) *arg. Geneſ. 25. in fin. Hebr. 12. verſ. 16. c. quàm periculoſum. 8. cauſ. 7. q. 1. arg. l. 1. C. de pact. confer Tiraq. de primog. quæſt. 29. per tot.* (m) *arg. l. pen C. de pact. l. ſi quis. 51. C. de Epiſc. & Cler.* Sunt enim ſpecies donationum, quæ in invitos non conferuntur, *l. invito. 69. ff. de R. I. l. hoc jure. 19. §. 2. ff. de donat.* Sic etiam primogenitum prærogativæ ſuæ renunciare poſſe, ſi fiat verbis expreſſis, dubium non eſt, *Tiraquel. de primog. quæſt. 24. Betſ. de pact. fam. cap. 9. fol. 469. Beſol. de reg. ſucc. lib. 1. diſſ. 2. num. ultim.* ubi exempla refert in Electore Brandeburgico & Galliæ rege.

19. Contrarius porrò effectus eſt, quod poſſeſſor res fideicommiſſo ſubjectas non poſſit alienare, (a) ita ut ſi alienatio fuerit facta, ea invalida ſit, (b) & proximioribus de familia acquiratur. (c) Nec de illis poteſt teſtari, (d) fidejubere, (e) neque ea oppignerare, (f) in emphyteuſin dare, (g) vel permutare, (h) neque etiam poteſt antiquas leges veteréſque conditiones fideic. mutare, aliáſque novas adjicere. (i)

(a) *l. fin. §. ſed quia. 2. & ſeq. auth. res quæ. C. comm. de legat. l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2. Betſ. d. cap. 8. fol. 484.* Cujusmodi alienationis prohibitio utplurimum adjici ſolet, ut patet ex *l. peto 69. §. 3. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. penult. §. inſtituto. 15. ff. de legat. 2. & ſimil.* Sæpè etiam non adjicitur expreſsè, ſed tamen ſuâ naturâ his fideicommiſs. ineſt: Quia hæc eſt diſponentium mens & intentio, ut nomina, familias & divitias ſuas perpetuas faciant, easque ad omnes de familia ſua transferant, quo ipſo omnis alienatio, quæ huic perpetuitati adverſatur, interdicta intelligitur, cum ſecundum cauſam finalem pacta, ſtatuta, leges intelligendæ, extendendæ & reſtringendæ ſint, *Betſ. dict. l. cap. 5. fol. 123 & ibi allegat. Tiraquell. Everh. Alciat.* & ita jus hoc à primo inſtitutore datum, à prædeceſſoribus reliquis ſucceſſoribus interverti nequit. Quamvis ergò de alienatione inſtitutor nihil dixerit, ea tamen nihilominus prohibita intelligitur; ſiquidem is, qui hujusmodi fideicommiſsa inſtituit, ea omnia expreſsè voluiſſe & ſanciviſſe intelligitur, quæ ſunt ejus propria, & naturalia, *confer Betſ. dict. cap. 8. fol. 476.* Et alienandi prohibitionem eſſe, quando teſtator vult remanere debere bona in familia teſtatur *Menoch. conſil. 85. num. 13. Betſ. dict. loc. fol. 481.* Sunt enim hæc bona reſtitutioni obnoxia, verfangene Güter / (de quibus quot modis efficiantur, *vide D. Bitſch. de theſaur. d. cap. 8. theſ. 2 4*) quæ alienari non poſſunt, *gloſ. in auth. res quæ. C. comm. de legat. Gail. 2. obſerv. 137. num. 1.* (b) Ita quidem, ut ſi alienationis prohibitio fuerit facta per ultimam voluntatem vel à lege, alienatio ſit ipſo jure nulla, nec dominium transferat, *l. peto 69. §. 3. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. penult. §. inſtituto. 15. ff. de legat. 2. l. fin. C. de reb. alien. Gail. 2. obſerv. 16. num. 7. Sichard. in l. ea lege. 3. num. 3. C. de cond. ob cauſ. dat.* ſiquidem hæc rem afficit, *Gail. dict. num. 7.* ſi verò per modum contractus vel pacti facta prohibitio, alienatio dominij translationem non impediat, ſed actionem ad intereſſe, vel ad pœnam (ſi quæ adjecta fuerit), pariat *l. ſi ita quis 135. §. ea lege 3. ff. de V. O. l. nemo paciſcendo 61. ff. de pact. l. ea lege. 3. C. de cond. ob cauſ. dat. & ibi Sichard. num. 5. Gail. dict. obſerv. 16. num. 5. & ſeq. & obſerv. 137. num. 16. Bachov. de act. D. 4. theſ. 19. verſ. non tempere.*

tempero. ubi hanc diverſitatis reddit rationem, quod pactum non poſsit rem afficere, ſed tantùm perſonam, & actionem tantùm perſonalem producat. Et ſic major eſt effectus prohibitionis ejus, quæ fit à teſtatore vel lege, quàm quæ fit per pactum vel contractum, *Sichard. d. loc. num* 5. *Gail. dict. num.* 16. (c) *l. fin.* §. *ſin autem.* 3. *ibi: rem vindicare, & ſibi aſsignare, nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo. C. comm. de legat. l. cum pater.* 77. §. *libertis.* 27. *ff. de legat.* 2. Ita quidem, ut ſi totum fideicommiſſum alienaverit, totum, ſi verò partem duntaxat, pro parte alienata amittat: ſic enim vaſallus qui partem feudi alienavit, non totum, ſed partem alienatam amittit, 2. *Feud.* 38. *Vultej.* 1. *feud.* 11. *num.* 40. *Sonsbec. part.* 12. *num.* 78. *& ibi alleg.* & aliâs in pœnis legalibus pœna delictum excedere non debet, *l. reſcriptum.* 6. *l. hæres qui tacitam.* 11. *ff. de his quæ ut indign. vide Petr. d. l. quæſt.* 10. *num.* 34. *& ſeqq.* (b) Quia prohibitus alienare, prohibitus quoque intelligitur teſtari, vel hæredem inſtituere, *Petra. d. quæſt.* 8. *num.* 108. *&* 125. *Roſacorb. pract. for. cap.* 83. *num.* 3. adeò, ut nec proximè in familia ſequentem inſtituere poſſit, ſupervacua enim foret hujusmodi inſtitutio, *l. unum.* 67. §. 1. *ff. de legat.* 2. cum fideicommiſſum ſecundum modum & formam primi inſtituentis ad omnes deſcendentes devolvatur, *per l.* 32. §. *fin. l.* 69. §. 3. *ff. de legat.* 2. & ſic nec opus ſit alterius inſtitutione, *arg. l. ſi te.* 27. §. 1. *ff. de hær. inſtitut.* quamdiu enim primi inſtituentis diſpoſitio durat, tamdiu alterius teſtandi ceſſat facultas, *arg. l.* 39. *ff. de acquir. hær.* (c) Quia per hanc, ſi principalis non ſit ſolvendo, pervenitur ad bonorum diſtractionem & alienationem, quam in his bonis fieri non poſſe conſtat *ex lit. a.* Unde etiam ſæpè teſtatores hæredibus injungere ſolent, ne, quo melius familia conſervetur, bona ſua fidejuſſionibus, &c. gravent, daß ſie zu deſto beſſerer conſervation vnnd erhaltung jhres Ehrlichen / wolhergebrachten Stands vnd Stammens / die Altvätterliche Güter nicht verkauffen / vereuſſern / verendern / verſetzen / verpfendẽ / mit Bürgſchafft beſchweren / noch durch einige andere wege in frembde Hände kommen laſſen ſöllen / *vide Hering. de fidejuſſ. c.* 1. *n.* 96 *& ſeqq.* cum huiusmodi cauſæ facilè ad inopiam redigant, ut ex illo Germanorum conſtat veriverbio: Viel borgen vnd leihen iſt eine Vergifftung deines

 Erbtheils /

Erbtheils / vnd hat eine Stieffmutter / die heiſſet / verkauff deine Güter / die gebiret dir eine Tochter / die heiſſet gib ſie wolfeil / dieſelb Tochter hat einen Bruder / der heiſſet / zum Thor hinauß. *Hering d. l cap. 15. num. 13.* (f) *d. l. fin. § 2. & ſeq. auth. res quæ. C. comm. de legat.* nam qui prohibitus eſt alienare, prohibitus quoque intelligitur obligare, *per l. fin. C. quib. alien.* quia per obgationem pervenitur ad alienationem & venditionem, *leg. 2. & 3. ff. de diſtr. pignor.* & ſicut prohibetur venditio, ita & ejus præambulum, *arg. l. oratio. 16. ff. de ſponſal. Neguſ. de pign. in 3. memb. 2. part. princ. num. 70.* ſeu prohibitus alienare, prohibetur etiam facere quemcunque actum, per quem ſequi poſſit alienatio *Petra d. quæſt. 8. n. 44. & 268.* & ſic nec pignus vel hypothecam conſtituere, *Petra d. l. n 105.* (g) In tempus ſc. perpetuum, cum hæc ſit alienatio, *Nov. 7. cap. 1. verſ. alienationis. c. nulli. 5. ext. de reb. Eccleſ. alien.* Secus verò erit, ſi emphyteuſeos conceſsio, uti & locatio, fiat ad tempus breve, tum valebit, ſed ita tamen, ut duret tantùm tamdiu, quamdiu durat jus concedentis, *arg. l. ſi quis domum. 9. §. 1. ff. locat. l. fin §. 3. C. comm. de legat. l. lex vectigali. 31. ff. de pignor. Harpr. ad §. adeo. 3. num. 144. & ſeq. I. de locat vide Petr. Ant. de Petra d. quæſt. 8. num. 81. & ſeqq. Socin. de reg. jur. reg. alienare. 25.* (h) Tum quia ex voluntate diſponentis bona illa in familia permanere debent, quæ voluntas ſervanda; tum etiam, quod reliqui ſucceſſores affectionem erga iſta bona habere intelligantur, *arg. theſ. 17. lit. b.* hanc ergo anteceſſor ipſis auferre nequit, etiamſi rem magis utilem ſubſtitueret, *arg. l. fin. ff. de uſu & habit. & ibi Goth. §. ſi quis agens 33. verſ. quin etiam. I. de act. Petr. d. quæſt. 8. num. 528. & ſeqq.* (i) Quia reliquis ſucceſſoribus per primum inſtitutorem jus eſt jam quæſitum, quod per alium ipſis mutari vel auferri nequit, *argum. leg. 11. ff. de R. I.* Nihil quoque ſucceſſor à poſſeſſore emolumenti capit, ſed à primo concedente, quemadmodum ergo nihil emolumenti ab ipſo capit, ita etiam nihil detrimenti ſentire, vel novis oneribus & conditionibus gravari non debet, *l. ſi arrogator. 22. §. 1. ff. de adopt. l. cum filiusf. 28. ff. de teſt. mil. l. non debet. 74. ff. de R. I.*

20. Licita tamen eſt aliquando alienatio, ut ex cauſa æris alieni ab inſtitutore conflati, (a) dotis & donationis propter nuptias, (b) legitimæ, (c) ſtudiorum, (d) alimentorum, (e) pro redimendis captivis, (f) ſi nulli de familia extent ſucceſſores, (g) uti & aliis ſimilibus cauſis, (h) in quibus vel favor publicus vertitur, (i) vel mens teſtatoris apparet, (k) vel alia neceſſitas inevitabilis emergit. (l)

(a) *l. filiusfam. 114. §. Divi Severus. 14. ff. de legat. 1. l. pater filium. 38. pr. ff. de legat. 3. l. cum fideic. 9. ff. de fideic. hær. l. cum hæreditas. 36. ff. ad SC. Treb.* ſiquidem teſtator de huiuſmodi alienatione nihil ſenſiſſe intelligitur, *d. l. 9. Gail. 2. obſ. 137. n. 4. Petra, d. quæſt. 8. n. 315. & quæſt. 15. n. 2. & ſeqq. Peck. de teſtam. conj. lib. 4. cap. 9. num. 2.* Secus eſt de debito à poſſeſſore conflato, cum enim hoc ſit perſonale, nec fideicommiſſi utilitatem concernat, de eo ſucceſſor non obligatur, *confer l. peto. 69. §. 1. ff. de legat. 2.* (b) *auth. res quæ. C. comm. de legat.* Quia Reip. intereſt fœminas non eſſe indotatas. *l. 1. ff. ſolut matr.* & ita quæ communiter omnibus proſunt, his, quæ ſpecialiter quibusdam utilia ſunt, meritò præponimus *d. auth. res quæ.* Unde etiam ſub fideicommiſſo generali cauſa dotis non continetur, *l. Lucius. 78. §. maritus. 14. ff ad SC. Treb.* & ſic ex præſumpta diſponentis, maximè parentis, cujus officium eſt dotare filias, *l. fin. Cod. de dot. prom.* voluntate etiam hîc dotis cauſa excipitur, ut ex ea alienatio fieri poſſit, *Petra, d. quæ. 8. n. 330. & ſeqq Tiraq. de primog. quæſt. 61. num. 4. Gail. 2. obſ. 137. num. 17. Rik. de un. prol. cap. 7. num. 159. Socin. de R. I. reg. alienari. 26.* (c) *Petra. d. quæſt. 8. num. 549. vide ſupra th. 15. lit. c.* (d) Quia ea, quæ communiter omnibus proſunt, his, quæ ſpecialiter quibusdam utilia ſunt, præponimus & inde alienatio permittitur, *d. auth. res quæ. C. com. de legat.* multo magis ergò ex cauſa ſtudiorum, quibus totus illuminatur mundus, *auth. habita. Cod ne fil. pro patr.* & ex cauſa ſtudiorum non tantùm toti familiæ & generi major honor & ſplendor accreſcit, ſed etiam ex ſtudiis & virtutibus eruditorum ipſa patria, totaque provincia juvari ac illuſtrari poteſt. *d. auth habita. & §. fin. proœm Inſt.* Hinc duæ ſunt alæ, quibus omni tempore

 nobilitas

Nobilitas ſe à contemptu vindicare, & è ſordibus ad excelſa honorum faſtigia eluctari potuit, literæ nempe & arma, quarum illas non inſcitè, neque invenuſtè quispiam in Principibus viris gemmas, in nobilibus aurum & argentum, in privatis & plebeis plumbum eſſe dixit, qnod quo altius ea ornamenta collocentur, eo magis ſplendorem, pulchritudinem, utilitatemque ſuam demonſtrent & exerant, ait *Nic. Betſ. de pact. famil. cap.*10. *fol.* 721. ita ut meritò illi, qui ſtudia literarum in nobilibus contemnunt, eosque ab illis, neſcio quibus aliis, quàm quod ipſi easdem ignorent, & quo ignorantiæ ſuæ ſocios habeant, ſibique non præferantur, rationibus dehortantur, ad ergaſtula & triremes, ne ulterius dehortandi habeant anſam, potiùs relegandi, quàm audiendi ſunt. (e) Ita ut ſi poſſeſſori fructus non ſufficiant, res ipſas alienare valeat, ſi aliunde non habeat, de quo vivat, teſtator enim alienationem prohibens, non cenſetur cogitaſſe de alimentis, cum necare videatur, qui alimenta negat, *l. 4. ff. de agnoſc. lib. l. 5. C. de L. Aquil.* unde etiam pro alimentis pauperum res Eccleſiæ alienari poſſunt, *c. aurum.* 70. *cauſ.* 12. *quæſt.* 2. *l. ſancimus.* 21. *C. de S. S. Eccleſ. vide Petr. d. q.* 8. *num.* 480. *& ſeqq.* Et hoc maximè procedit in liberis fideicomm. inſtituentis, quemadmodum enim juris naturalis eſt & ad officium parentum ſpectat liberis legitimam relinquere, *theſ. 15. lit. c.* & filias dotare, *lit. b.* ita ad alimentorum præſtationem naturalis ſtimulus parentes adhortatur, *l. un. §. taceat. 5. C. de rei ux. act. l. 1. §. pen. ff. de juſt. & jur.* (f) Quia ex hac cauſa etiam res Eccleſiæ & ſacras vendere & alienare permittitur, *c. ſacrorum.* 15. *c. aurum.* 70. *cauſ.* 12. *quæſt. 2. l. ſancimus.* 21. *C. de S. S. Eccleſ. Rittershuſ. expoſ. Nov. p. 1. cap. 8. num. 34. & ſeqq.* multò magis igitur res profanæ, à privato alienari prohibitæ, alienari poterunt. Unde etiam quartæ Treb. diminutio ex cauſa redemptionis captivorum permittitur, *auth. contra. C. ad SC. Treb. Nov.* 108. *c. 1. in fin.* (g) *l cum pater. 77. §. libertis. 27. in fin. l. qui ſolidum 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2. Petra, d. quæſt. 8. num. 512.* cum hoc caſu prohibitionis ceſſet ratio, familiæ ſcil. conſervatio, & ſic ipſa prohibitio, ſiquidem alienare prohibitus non obligatur, cum nullus ſupereſt eorum, quorum contemplatione fuit prohibitus,

ius, *Menoch. conſ.* 1272. *num* 20. *&* 21. (h) de quibus *Dd. in d. auth. res quæ. C. comm de legat. Petra d. quæſt.* 8. *per tot.* (i) *d. auth. res quæ. ibi: ea enim, quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibusdam utilia, præponimus. C. comm. de legat. Nov.* 39. *cap.* 1. (k) Quæ ſola in fideicommiſſis ſervatur, *l. pen. ff. de legat.* 1. & pro lege habetur, *Nov.* 22. *cap.* 2. (l) *per l. cum fidei* 9. *l. rogo.* 21. *in fin. ff. de fideicomm. libert. l. peto.* 69. §. 1. *ff. de legat.* 2. Et aliâs quoque quod non eſt licitum, neceſſitas facit licitum, *c. quod non eſt.* 4. *X. de R. I.* cum hæc lege careat, *l. item.* 10 § 1 *ff. com. divid. d. cap.* 4 *X. de R. I. c. ſicut.* 11. *de conſecr. diſt.* 1. *Gail.* 2. *obſ.* 17. *num.* 4. *&* 2. *P. P.* 2. *num.* 1. *& ſeqq. vide latè Menoch.* 2. *A. I. Q. caſ.* 182. *per tot.*

21. His autem caſibus tum demum licita eſt alienatio, ſi alia bona libera non ſint, (a) vel fructus rerum fideicomm. non ſufficiant, (b) ita ut primùm alienentur res ſteriles, & quæ ſervando ſervari nequeunt. (c) Et licitum erit reliquis agnatis & ſucceſſoribus res ita alienatas redimere. (d) Semel autem res licitè alienata perpetuò efficitur alienabilis. (e)

(a) *l. pater filium.* 38 *pr. ff. de legat* 3. (b) *l. mulier.* 22. §. *cum proponeretur.* 4. *ff ad SC. Treb.* (c) *Petra d. l. quæſt.* 15. *num.* 226. *Garſia, de expenſ. & mel. cap* 16. *num.* 7. (d) *arg. theſ.* 17. *lit. b.* Idque ex voluntate fideicommiſſum inſtituentis, qui cum voluerit, ut bona in familia perpetuò manerent, voluit etiam ut hoc caſu redemptio, ſive retractus, vulgo der Näherkauff / Einſtandt / Loſung / agnatis, qui ſunt de familia, concedatur, *arg. l.* 2. *ff. de jurisd. & ſimil.* (e) Quia ſemel legitimè facta valent, & retractari non debent, licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, *l. in ambiguis* 85 §. 1. *ff. de R. I. c factum legitime* 73. *eod. in* 6. *arg.* §. *præterea.* 1. *verſ furioſi. I. quib. non eſt perm. fac. teſt.* & aliâs tanta facti eſt authoritas, ut interdum quid prohibeatur fieri, factum tamen teneat, *l.* 1. §. *biduum.* 5. *ff. quand.*

ff. quand. appell. Secus verò eſt, ſi alienatio illicita fuerit, tum enim alienabilis non efficitur, quæ enim ab initio vitioſa ſunt, tractu temporis non firmantur, *l. quod ab initio. 29. l. quæ ab initio. 210. ff. de R. I. l. non firmatur. 18. eod in 6.* & cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo, *c. cum quid. 39. d t.*

22. Alius hujus fideicomm. effectus conſiſtit in oneribus, (a) quæ ſubire tenetur poſſeſſor, (b) ut ſunt cautionem de bonis conſervandis & reſtituendis præſtare, (c) inventarium conficere, (d) cenſus, penſitationes & tributa annuatim ſolvere, aliaque onera realia ſubire, (e) lites de re fideicommiſſaria ſuſcipere & perſequi, (f) rem ipſam ſartam tectam conſervare, & poſt mortem reſtituere, (g) & ſi quid culpa admiſerit, reſarcire. (h) Sin autem poſſeſſor in rem fideicomm. meliorationes & impenſas fecerit, eas hęredes ipſius repetunt. (i)

(a) Quamvis fideicommiſſum hoc ſit donatio *th. 4. lit. a.* quæ nullum onus aut incommodum extrinſecum, ſed merum lucrum continet, *§. ſi res aliena. 6. I. de legat.* continet tamen onera quædam realia, quæ ex re ipſa oriuntur, & plerumque quemvis rei poſſeſſorem, & ſic donatarium quoq; ſequuntur, *confer lit. b.* (b) Quia quælibet res tranſit cum ſuo onere, *l. generaliter. 24. §. fin. ff. de fideic. libert. l. ſi aquæductus. 47. ff. de contr. empt.* Et cum lucrum & commoda ſentiat, *th. 18. lit. b. & ſeq.* utique etiam ſentiet onera & incommoda, *l. 10. ff. de R. I. c. qui ſentit. 55. eod. in 6.* (c) *l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2. l fin. C. de legat. l. 1. & ſeqq. & tt. ff. ut leg. ſeu fideic. ſerv. cauſ. cav.* cum enim hæ res ſalvæ & integræ ſint reſtituendæ, *lit. g.* hoc autem cautione conſequi poſſimus, ea omnio neceſſaria erit, *d ll. Betſ de pact. famil. c. 8. fol 485. Mantic. de conj. ult. vol. lib. 8. t. 12. num. 3* Et ſic quoque majoratus poſſeſſorem cavere tenere, tradit, *Molina de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 15 Hering. de fideic. cap. 5. num. 307. confer Keller. b. de renunc q 23. n. 16.* (d) *per l. cum tale. 72. §. quid ergo. 3. ff. de cond. & dem.* ubi neceſſitas inventarii conficiendi gravato remitti poteſt, eâ igitur non remiſsâ, ad eandem tenebitur, *arg. l. fin. §. 2. & 3. Cod. de jur. delib.*

Nov.

Nov. 1. *cap.* 2. §. *ſi verò non fecerit.* 2. Cum enim poſſeſſor teneat ut reddere rationem deteriorationis, & res poſt mortem eius ad alium integra tranſeat, utique etiam inventarium conficiet, ex quo conſtet, quid reſtituendum, & quantum deterioratum ſit, *confer Mantic. d. l. lib. 7. t. 6. num. 4. & ſeq. Kellenb. d. quæſt. 23. num. 25.* (e) R. A. zu Regenſp. *ann.* 1576. §. Bey Berahtſchlagung *101. ibi:* erklären vnd ordnen wir / daß in obgeſetztem Fall / all.mahl der Standt/ſo das Stammhauß beſitzlich inhat/ zu erlegung deß Reichs Stewren mit Recht von vnſerm Fiſcal angelanget/ &c. *arg. l. uſufructu. 7. §. 2. in fin. ff. de uſufr. l. quæro. 28. ff. de uſu & uſ. leg. l. neque. 13. ff. de imp. in res dot. confer lit. b.* (f) *l. facta. 63. §. 2. ff. ad SC. Treb.* Quia hujuſmodi litis ſuſceptio & proſecutio onus quoddam reale eſt, ex re fideicommiſſaria proveniens, ejusque utilitatem concernens, atque ita ad poſſeſſorem ſpectat, *arg. l. in judicio. 47. ff. famil. erc. l. alienatio. 67. ff. de contr. empt.* (g) Cum enim inſtitutoris hæc ſit mens, ut res illæ perpetuò in familia permaneant, eaque inde conſervetur, neceſſe eſt, ut poſſeſſore defuncto alteri agnato proximiori integræ reſtituantur, adeò ut gravati hæres de re reſtituenda tempore reſtitutionis faciendæ rationem reddere teneatur, *Gœdd. Marp. conſ. 33. num. 23. vol. 3. & ibi alleg. Cephal. conſ. 563. num. 53. vol. 3.* (h) lata ſcil. & levi, non etiam leviſſima *l. cum res. 47. §. culpa. 5. l. ſi ſervus.* 108. §. *cum quid. 12. ff. de legat. 1.* (i) Quæ ſc. ad perpetuam rei utilitatem pertinent, ut ſi ædificium novum extruxerit, *l. domos. 58. ff. de legat.* 1. *l mulier 22. § 3. ff. ad SC. Treb. arg. 2. Feud. 28. §. ſi vaſallus Menoch. recup. poſſ. rem. 5. n 507. Noal de transmiſſ. caſ. 37. n. 35.* Quæ verò perpetuam rei utilitatem non concernunt, ſed fructuum colligendorum vel percipiendorum, vel agri colendi cauſa ſunt factæ, illas non repetunt, *arg. l. pen. l fin. ff. de imp. in res dot. l. fructus. 7. §. impendi. 16. ff. ſolut. matr. vide Petr. An. de Petra, de fideic d. quæſt. 15 num. 213 & ſeqq.*

23. Vltimus effectus eſt, quod teſtamento vel codicillis morte teſtatoris confirmatis, vel inter vivos fideicommiſſo familiæ legitimè conſtituto, inde obligatio, & ex ea actio & perſecutio fideicommiſſi oriatur, ut eſt actio ex teſtamento, (a) fideicommiſſaria hæreditatis petitio, (b) rei vindicatio, (c) hypothecaria, (d) actio ex contractu. (e)

(a) ſeu perſonalis, *l.* 1. *C. comm. de legat. l. ſervo.* 69. §. *fin. ff. de legat.* 1. & datur illis, quibus fideicommiſſum relictum eſt, *l omnia.* 32. § *fin. l. unum.* 67. §. *ſi duos.* 4. *l. peto.* 69. §. 3. *ff. de legat.* 2. adverſus gravatum eiusque hæredem, ut rem fideicommiſſariam reſtituat, *l. quamvis.* 40. §. 1. *ff. ad SC. Treb. d. l.* 32. §. 4. *ff. de legat.* 2. (b) Quæ datur illis, quibus per fideicommiſſum hæreditas eſt reſtituta, *l.* 1. *ff. de fideic. hær. pet.* & eadem recipit, quæ hæreditatis petitio civilis, *l.* 2. *ff. eod.* & ſic datur adverſus eos, qui pro hærede, vel poſſeſſore poſſident, *l.* 9. *& ſeqq. ff de hær. pet. confer Petr. d. l. quæſt.* 10. *num.* 29. *& ſeqq.* (c) Hæc datur fideicommiſſariis contra quemcunque rei fideicommiſſariæ detentatorem, *l.* 1. *l.* 3. §. *ſin autem* 3. *C. comm. de legat. l. pen.* §. 1. *C. ad SC. Treb.* (d) *d. l.* 1. *C. comm. de legat. auth. contra C. ad SC. Treb. Nov.* 108. *cap.* 2. *verſ. ſi verò contigerit.* (e) ſi inter vivos, per modum contractus fuerit conſtitutum.

24. Affinia ſunt majoratus, (a) confraternitates, (b) feuda, (c) fideicommiſſa vulgaria, (d) & ſtatuta alia fœminas excludentia. (e)

(a) Qui & majoricatus, majoria, primogenium, primogenitura, jus primogenitale, item ſenioratus, prioratus, primatus aliisque nominibus appellatur, *vide Tiraq. de primog. in præf. num.* 2. *& ſeq. & quæſt.* 1. *in fin.* Quemadmodum enim per huiusmodi fideicommiſſa familiæ conſervantur, ita etiam per majoratum, *Goldaſt. de majorat. cap* 22. *num.* 3. ubi, ne per rem domi anguſtiorem claritas familiarum obſoleſceret, in Hiſpania Majoratum, aliaque adhuc jura ſimilia alibi obtinere ait. Et majoratum ſeu primogenituram nihil aliud eſſe, quàm fideicommiſſum, aſſerit *Molina lib.* 1. *de Hiſp. primog cap.* 1. *num.* 7. *& ibi alleg. Berſ. de pact. famil. cap.* 8. *fol.* 477. *Valaſc. de jur. emph. quæſt.* 50. *n.* 29. Verum tamen eſt in multis differre, neque in omnibus eſſe ſimilia, ita ut de uno ad aliud, niſi eadem ſubſit ratio, argumentum duci non poſſit, *Garſ. de expenſ. c.* 16. *num.* 3. ubi ait *Iac. Simancam lib. diſcept. cap.* 5. ſedecim diſcrimina adducere. Sic enim majoratus ſemper apud unum, primogenitum ſcil. reſidet, fideicommiſſa verò hæc etiam ad plures ſimul pervenire ſolent, nec major ſemper attenditur

tur

tur, ſed is, quem inſtitutor nominavit, *l. 32. §. fin ff. de legat. 2. Kylling. de Ganerb. diſc. 15. num.* 78. (b) Hujusmodi enim confraternitates operantur mutuam ſucceſſionem, ita ut alterius ſtirpe extinctâ, ad alterum principatus hæreditario quaſi jure devolvatur, *Muſcul. de confratern. th.* 46. ejusque familia inde bonis augeatur, illuſtrior reddatur, & eo melius conſervetur, *Ant. Coler. de jur. Imp. ſect.* 70. Et quemadmodum fideicommiſſa familiæ non poſſunt alienari, *th.* 18. ita nec ditiones confratrum imminui, alienari vel in alium ſtatum abſque alterius conſenſu immutari poſſunt, ut Saxoniæ Dux olim fuit proteſtatus ann. 1552. Im Außſchreiben warumb er zur Kriegsrüſtung getrungen. §. Zu geſchweigen. *verſ.* Zu dem daß auch wir vnd das Hauß zu Sachſen / vermöge einer Erbverbrüderung / auff dem Fürſtenthumb Heſſen / im Fall das es ohne Männlichen Erben zukünfftig ſtunde / ein mercklichs *Intereſſe* haben *&c.* Eademque ratione cum à Carolo V. pactum Hennebergicum confirmaretur, conſenſum confœderati principis Landgravii requiſitum fuiſſe ex reſcripto confirmatorio, quod refert *Reuſner. conſ. 3. num.* 48. conſtat, *Muſcul. de confr. th.* 51. Has tamen confraternitates ab his fideicommiſſis familiæ multùm diſtare manifeſtum eſt, cum illæ inter diverſas familias ineantur, & unâ demùm familiâ extinctâ ſucceſſio locum habeat; hæc verò in una eademque familia duntaxat, & quamdiu illa durat, obtineant. (c) Quemadmodum à feudis excluduntur fœminæ *1. Feud. 1. §. hoc autem. t. 8. §. fin. t. 24. & 2. Feud. 11. & 36.* & per ea nobiles familiæ melius conſervantur; ita etiam per hæc fideicommiſſa, ab iisdemque fœminæ excluduntur, *theſ 10. lit. b.* & ut feudi, *2. feud. 52. & 55.* ita etiam fideicomm. hujus alienatio prohibita eſt. Plures tamen inter hæc differentiæ, nam in feudis ſervitia exhibentur, juramentum fidelitatis præſtatur, inveſtitutra ejusque renovatio petitur; quæ omnia in his fideicomm. ſecus ſunt. (d) Ita ut omnia, quæ in illis obſervantur, etiam in his, niſi diverſa ratio obtineat, locum habeant, ut ex paſſim adductis conſtare poteſt, diverſitas autem in eo potiſſimum ſpectatur, quod hæc ſint perpetua & fœminas excludant, quod in illis aliter ſe habet. (e) de quibus vide latè *Alber. Brun. de ſtat. exclud. fœm.*

25. Contraria ſunt modi quibus diſſolvuntur, ut rei fideicommiſſariæ (a) & familiæ interitus, (b) revocatio ab inſtitutore facta, (c) ademptio bonorum in pœnam ceu indigno facta, (d) evictio, (e) præſcriptio, (f) alienatio, (g) renunciatio, (h) abuſus. (i) Non autem ex crimine poſſeſſoris confiſcatio. (k)

(a) *arg l. repeti. 5. §. 2. ff. quib. mod. uſusfr. amit. l. corruptionem. 16. §. 1. C. de uſufr. pr. I. eod.* ut ſi ædificium ſolo adæquetur, vel aratrum inducatur, *vide l. ſi uſusfructus. 21. ff. quib. mod. uſusfruct. amit. & ibi Goth.* ubi aratri inducti plura refert exempla. (b) Cum hoc caſu ceſſet ratio & cauſa fideicommiſſi, familiæ ſcil. conſervatio, & ſic etiam ipſum fideicommiſſum ceſſabit, *arg c. ceſſante 60. X. de appellat:* (c) Si per ultimam voluntatẽ ſit cõſtitutũ hæc n. ambulatoria eſt ad extremũ vitæ exitũ, *l. quod. ſi. 4. ff. de adim. legat. l. cum hic. 32 §. 3. in fin ff. de donat. int. vir.* adeò ut nec quisquam ſibi hanc legem in teſtamento dicere poſſit, ut à priore voluntate recedere ei non liceat. *l. ſi quis in principio. 22. ff. de legat. 3.* Si verò per contractum vel donationem conſtitutum, per revocationem unius non diſſolvitur, cum à contractu ſemel perfecto alterutro invito recedere non liceat, *l ſicut. 5. Cod. de obl. & act. l. 3. l. ratas. 7. Cod. de reſc. vend.* & donatio ſemel inita vinculum habeat neceſſitatis, nec revocari poſſit, *l. ſive emancipatis. 17. l. ſi avia. 19. & ſeq. Cod. de donat. §. aliæ. 2. I. eod. l. 1. & t. t. Cod. de rev. don.* niſi ex juſta cauſa, *l. ſi unquam. 8. l. fin. Cod. eod.* (d) *l. 1. Cod. de hered. inſtit. arg. t. t. ff. de his quæ ut indig.* (e) Quia poteſtas evictionis tollit intellectum reſtitutionis, *l. ſi patroni 55. § fin. ff. ad SC Treb.* (f) Ut ſi ante fideicommiſſi conſtitutionem adverſus inſtitutorem incepta ſit, *argum. l. ſi fundum. 16. ff. de fund dot.* vel ſi alienatio nulla ſit, & ſequentes in gradu agere valentes taceant, adverſus eos tanquam negligentes currit præſcriptio, cum non poſſint dici impediri, qui facilè agere & impedimentum removere poſſunt. *arg. l. qui poteſt. 174. pr. ff de R. I.* & hoc caſu faciendi potentia factum repræſentat, *l. Labeo. 50. ff. de contr. empt. l. 1. §. qui ſub. 8 ff ſi quis om.*

cauſ.

cauſ.teſt ut meritò negligentia iſta præſcriptione puniatur. *arg. l. 1. ff. de uſucap.* Imò eo ipſo cenſentur & ipſi alienaſſe, cum paria ſint alienare & alienationi conſentire, *l. cum pater. 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2. vide Petr. d. l. q. 11. n. 597. & ſeq. & q. 14. n. 72 & ſeq.* Aliàs verò in rebus reſtitutioni & fideicommiſſo ſubjectis præſcriptio non habet locum, *l. fin. §. 3. C comm de legat. l. 2. C. de uſuc. pro empt.* Quia non valentibus agere, nulla currit præſcriptio, nec ulla ipſis negligentia imputanda, *l. 1. §. fin. C. de annal. exc. l. 3 C. de præſcr. 30. an.* & ſic quamvis præſcriptio longiſſimi temporis adverſus poſſidentes admittatur, *l. 3. & 4. C. eod.* hoc tamen in præjudicium reliquorum ſucceſſorum extendi nequit. (g) *de qua confer th. 19. lit. a, b, & c.* (h) *confer th. 18. lit. m.* (i) Ut ſi fortè poſſeſſor res fideicommiſſarias diſſipet vel dilapidet, tunc enim proximũ agnatum & ſucceſſorem ea vindicare poſſe puto, *per l. cogi poterit. 16. § ſi pater filio. 11. ff. ad SCt. Trebell.* ubi pater hæres inſtitutus & filio reſtituere condemnatus, cogitur hæreditatem adire, & ante diei adventum, quaſi videatur bona fideicommiſſo ſubjecta in non adeunda hæreditate diſſipare, eandem filio reſtituere. Et quod pater diſſipans fideicommiſſum, cogatur filio in poteſtate exiſtenti etiam ante conditionis eventum illud reſtituere, manifeſtum eſt *ex l. Imperator Hadrianus. 50. ff d. t. & ibi Bart. & Gothofr. in not.* Sic quoque maritus res dotales diſſipans, eas ante tempus reddere tenetur, *l. ſi conſtante 24. pr. ff ſolut. matrim. l. ubi adhuc 29. C de jure dot.* Nec hanc vindicationem cautio in his fideicommiſſis præſtanda impediet, cum nemo cautionis fragilitati committere ſe teneatur iis caſibus, quibus bona diſſipantur & diſperduntur, quo minus ipſa bona petere poſſit. *l. qui ita inſtitutus. 66. §. etiam abſentis 1 ibi: quamvis et caveatur, propter fragilitatem cautionis. ff. ad SCt. Trebell.* ſatius namq; eſt, rem ſuam ſalvam manere, quàm tabulas cautionis habere, *l ſuſpectus 5 ff. de ſuſpect tutor.* atque incertum illius eventum ſpectare, *l. pupilli 6. ff. quod falſ. tut. auct.* cum, qui cautionem habet, ſæpè litigare cogatur, at cui ſoluta pecunia eſt, ei res omnis in tuto ſit, *ex Muret. 8. variar. 11. Gothofr. in d. l. qui ita inſtitutus. 66. §. 1. ff. ad SCt. Trebell.* Et Seneca ſyngraphas & cautiones vocat vacua habendi ſimulachra, teſte *Goth. d. l.* Sic porrò propter abuſum amittitur privilegium, *c. privilegium 63. cauſ. 11. q. 3 c. tua-*

 rum.

rum. 11. c. ut privilegia 24 ext. de privileg. gloß. in c ſuggeſtum ext. de decim. emphyteuſis, auth. qui rem. C. de S. S. Eccleſ. & ibi Iaſon. Sonsbec. de feud. part. 12. n 67. Menoch. 2. A I Q caſ. 78. n. 2. res locata, l. ade. 3. C. de locat. & ibi Bart. & Bald. c. propter ſterilitatem. 3. ext. eod. & ibi Abbas. Menoch. d. l n. 1. Sonsbec. d. n. 67. feudum, 2. Feud. tit. 27 §. quicunque. 8. & ibi Bald. Matth. de Afflict. & Alvarot. Zaſ. de feud. part. 10. n. 54. Sonsbec. de feud. part. 12. n. 67. Vultej. 1. Feud. 1. n. 39. Menoch. d. caſ. 78. n. 4. & ex parte domini directum dominium, Bald. in c. un. qualit. dom. propriet. feud. privet. vaſallúsq; ob violenta domini ludibria patronali imperio ſolvitur, Hartman. pract. obſ. tit. 54. obſ. 43. Gail. 1. obſ. 17. n. 4 Mynſ. 5. obſ. 8. n. 6. uſusfructus, §. finitur autem. 3. I. de uſufruct. Menoch. d. l. n. 2. Sonsbec. d. n. 67. Sic quamvis dominorum poteſtatem in ſervos illibatam eſſe oporteat, nihilominus tamen ſervus domini ſævitiâ, fame, obſcœnitate vel intolerabili injuria preſſus bonis conditionibus vendi, l. 1. & 2 ff. de his qui ſui vel alien. jur. l. 1. § quod autem. 8. ff. de offic. præf. urb. l. ſi conſtante. 24. §. ſi maritus. 5. ff. ſolut. matr. l. 1. C. de emendat. ſerv. & filiusfamilias ob ferociam patris emancipari jubetur, l. fin. ff. ſi quis à parent. manum. arg. l. Divus Hadrianus. 5. ff. ad L Pompej de parricid. l un. C. de emend. propinq. Vinculúmq; matrimonij, aliâs nullo enſe ſolvendum, propter aſperitatem jure Canonico ſcinditur, c. literas. 3. ext. de reſtitut. ſpoliat. & ibi Panormit. n. 7. Graveus lib. 1. concl. 17. conſid. 3. Gail. 1. obſ. 17. n. 5. Huſan. de homin prop. c 8. n. 31. & judicibus immodicè ferocientibus fræni adhibita eſt temperies, l. 2. C. de cuſtod. reor. adeò ut etiam ſubditi obſequio, fide & ſacramenti vinculo liberentur, & dominus in eos jurisdictione privetur, ſi conceſſo dominatu ad ſævitiam aut proterviam præpoſterè abutatur. Gail. 1. obſ. 17. per tot. Mynſ. 5. obſ. 8. Hartman. pract. obſ. tit. 54 obſ 43. Frider. Mindan. de proceſſ. & mand. lib. 2. cap. 13. Huſan. de homin. propr. cap. 8. n. 27. & ſeq. Regn. Sixtin. conſil. Marp. 8. n. 113. vol. 3. Zach. Victor. de cauſ. exempt. concl. 14. & ibi. alleg. ubi laudabile Pariſianæ Curiæ refert edictum: *Le Seigneur qui abuſe de ſa juſtice, en doit eſtre privé*, abutens imperio, privator. Factus eſt enim Princeps propter bonum, non ut obſit, ſed ut proſit, Alph Modit. §. magiſtratuum. dub. I. n. 5. nec populus eſt propter Principem, ſed Princeps propter populum,